This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A 469061

888
C85
R9

3/8


1817
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

Cratinus

CRATINI

VETERIS COMICI GRAECI

FRAGMENTA

COLLEGIT ET ILLUSTRAVIT

M. M. RUNKEL.

LIPSIAE
SUMTIBUS C. H. F. HARTMANNI.

MDCCCXXVII.

Καὶ τύπος ἁβρὸς ἔλαμπεν ἀριστονόοιο ΚΡΑΤΙΝΟΥ,
Ὅς ποτε δημοβόροισι πολισσούχοισιν Ἰάνων
Θυμοδακεῖς ἐθόωσεν ἀκοντιστῆρας ἰάμβους,
Κῶμον ἀεξήσας φιλοπαίγμονος ἔργον ἀοιδῆς.

Χριστόδωρος.

Greek
Stechert
2-6-40
46224

2-16-40 J.A

PRAEFATIO.

Reliquiae veteris poeseos scenicae Graecorum quantum utilitatis habeant, quantamque praebeant animis voluptatem, omnibus nunc innotuisse credam. Plurimum enim ad mores et instituta pernoscenda, ad accuratiorem sermonis metrorumque cognitionem, plurimum ad multarum aliarum rerum pervestigationem conferunt*); summum etiam Graecorum ingenium ad poesin excultum ex iis elucet. Eo magis iam diu mirum mihi fuit, neminem etiam animum ad colligenda fragmenta horum poetarum uno in corpore appulisse; paucosque tantum virorum doctorum, sed rarius et nuperrime, iis operam dedisse. Tale quidem opus multum laboris postulat, et multos in annos premendum est, quod me ipsum animadvertisse fateor; omnia enim grammaticorum scripta, multi

*) Lege quae dixerunt Valckenaer Diatr. Eurip. c. I. et Heyne Praef. in Pindar. t. I. p. XX.

auctores Graeci, magnusque librorum criticorum numerus pervolvendus est. His perfectis fragmenta quidem in promptu sunt, sed nunc emendatio vel explicatio eorum postulatur; quae ut caute circumspecteque agantur, editor plurimis subsidiis aliis instructus esse debet. Poetae enim scenici, praecipue comici, tam saepe veteres mythos vel instituta civitatium, vel partes historiae obscuriores aut nondum aut vix nobis cognitas in animo habent; praeterea sermonis Attici, metrorumque diversissimorum cognitio necessario exigitur. Omnia igitur illa cum coniuncta sunt, tum tantum opus quam maxime perfectum fieri potest, quod quantum operae postulet neminem fugiet. Tragicorum tamen reliquiae facilius colligi possunt, cum nec tantus eorum numerus supersit, nec parodiae poetarum aliorum, aut vitiorum irrisiones in iis lateant. Omnino enim tragica poesis non videtur tam exculta fuisse, cum praeter tres illos poetas, quorum fabulae quaedam supersunt, paucissimi, Ione et Agathone forsitan exceptis, in ea excelluerint. Inter comicos multi autem exstiterunt, qui Aristophani aequiparari potuissent, in quibus Cratinum et Eupolin e prisca comoedia primum locum tenuisse veterum demonstrant iudicia.

Pauci tantum virorum doctorum aliquid ad opus hoc perficiendum attulerunt. Primus post Morellum et Hertelium exstitit Hugo Grotius, qui Excerptis suis

multa collegit et emendavit, quamquam viro illo doctissimo cognitio metrorum et sermonis accuratior interdum defuit. Post eum diu nihil omnino allatum est, donec nostris temporibus summi viri Porsonus et Hermannus, quem honoris causa nomino, praeterque hos Iacobsius, Dindorfius et Meinekius, aliique quidam multa fragmenta vel explicare vel emendare studuerunt. Plurimum tamen etiam superesse laboris quivis facile intelliget, quem ipse per aliquot iam annos suscepi. Cum vero, ut supra iam monui, tale opus accelerari non debeat, hic specimen aliquod edere statui, e quo ratio, quam toto in opere secuturus sum, colligi possit; brevi autem corpus fragmentorum poetarum tragicorum subsequetur, si hunc libellum viris doctis non displicuisse intellexero. Elegi fragmenta Cratini, comicorum τῆς ἀρχαίας celebris, cuius non pauca supersunt; e quibus si quaedam forsitan in libris rarioribus, quibus uti mihi non licuit, invenienda me latuerint, aeque hoc ut spero mihi condonabitur.

Scio quidem Lucam quendam libellum de Cratino et Eupolide (Bonn 1826) scripsisse, et collectionem fragmentorum promisisse; sed eum omnino ad tale opus non paratum accedere velle neminem fugiet, et ne Meierum quidem in A. L. Z. 1827. Mai. 123. c. 143 s. fugit. Lucas enim ille versus, ut: *Καναχοῦσι πηγαὶ· δωδεκάκρουνον στόμα: Μισεῖς γὰρ*

γυναῖκας, πρὸς δὲ παιδικὰ τρέπεις νῦν: Πόποι· εἶδες μοι τὸν ἄνδρα παῖ Λαέρτα τὸν φίλον: Ἐγὼ δὲ χαίρω πρὸς τοῖς σοῖσι παιδικοῖς in textum illaturus esset. Idem Platonem, sub Cratini mortem octo annos natum, ob philosophicas rationes a Cratino irrisum credit. Satis iam exemplorum attuli; nam si errores omnes, quibus libellus scatet, afferre vellem, praefationis moles nimis crescerèt. Hanc ob causam nunquam eius mentionem feci, ne refellendis eius erroribus tempus tererem; hic vero eum memorandum duxi, ne quis nimiae me arrogantiae vel immodestiae insimularet.

Scripsi Lipsiae mense Augusto a. MDCCCXXVII.

VITA CRATINI.

Cratinus Callimedis filius Atheniensis fuit, sec. Suidam s. v. t. II. p. 370 s. Eudoc. v. ead. p. 271 Vill., et filiam Irenen pingendi arte claram reliquit. Clem. Alexandr. Strom. IV. p. 620, 2. Olympiade LXV. circiter natus, et Ol. LXXXIX, 2. mortuus est, ut e veterum grammaticorum testimoniis inter se collatis probari potest. Nam de mortis tempore certo constat, cum e Luciano π. μακροβ. 25. pateat, Pytinen fabulam paulo ante obitum scriptam fuisse, quae autem Ol. LXXXIX, 1. acta fuit. Cum vero Suidas eum XCVI. vel ut alii CI. annos natum, Lucianus l. l. eum XCVII. annorum mortuum esse testentur, eius annum natalem ad Ol. LXV. vel LXIV. referendum apparet. Similem sententiam Kanngiesser in Scena com. Athen. p. 445., et Meineke Quaest. scenic. Spec. I. p. 14. tulerunt. Ol. LXXXI, 2. fabulas docere incepit, sec. Euseb. Chron. MDLXII. p. 131. Scalig., idque per Cratetem, ipsum postea poetam comicum non ignobilem, Schol. Aristoph. Eq. 534. p. 567. Dind.: et Ol. LXXXV, vicit, auctore Platonio π. διαφ. κωμῳδ. t. IV. p. 28. s. Beck. ubi Meineke l. l. numerum Olympiadis quidem corruptum, et in LXXXI. mutandum credit, sed Cratinum hac Olympiade fabulas docuisse certum est, ut σατύρους et χειμαζομένους. A Suida et Eudocia fabulas viginti et unam scripsisse traditur, sed iam nomina et fragmenta plurium mihi innotuerunt, nec Suidae auctoritati aliquid tribui potest, qui similiter in numero fabularum

Eupolidis erravit. Idem grammaticus addit, eum novies victoriam reportasse; et brevi videbimus, maximi eum ab Atheniensibus factum fuisse.

De vita ipsa et moribus paene nihil dicere possumus; hoc tantum constat, Cratinum poculis et puerorum amori valde deditum fuisse. Ob eam caussam Aristophanes saepius eum irrisit, ut in Eq. 399. γενοίμην ἐν Κρατίνου κώδιον. et Nub. 396. ubi τρυγοδαίμων dicitur. (cf. Schol. p. 210. 550. Dind.) Idem eum ταυροφάγον in Ranis 365. vocat, de cuius vocis sensu Scholiastes p. 338. Photius, s. v. t. II. p. 571, 14. (ed. Londin.) Suidas t. III. p. 435. s. Etym. M. c. 747, 45. multis sed dubitanter disputant. Mihi in mentem venit, ad paederastiam Cratini a poeta allusum fuisse, nam ταῦρος pro αἰδοίῳ ponebatur, Aeschylus Agam. 254 (236.) ubi cf. Blomfield in Glossar. p. 201. Cant. Aristoph. Lysistr. 217. s. ibique Schol. p. 725. Sic etiam Romani loquuti sunt, cf. Muret. Var. Lect. XII., 9. Burmann ad Petron. 25. p. 85. s. Praeterea Ἐπειὸς dicebatur, quia dux tribus Oeneidos in bello ignave se gessit, ut Epeus quidam, Hesych. s. v. t. I. c. 1322. Zenob. III, 81. p. 71. s. Mich. Apostol. Cent. VIII, 80. Lege quoque Aristoph. Pac. 700. ss. Tzetz. Chil. XI, 375.

Cratinus autem in fabularum dispositione ipsa plura novavit, nam actorum numerum ita constituit, ut tres tantum simul in scena colloquerentur, sec. Anonym. π. Κομῳδ. p. 27. et ordinem servari voluit; ipse tamen in fabulis paulatim impetu ablatus actionem omnem et nexum totius dramatis pervertit, ut ait Platonius π. διαφ. Κωμ. p. 29. Genus scribendi quo utebatur splendidum fuit, Suid. v. Κώδιον t. II. p. 360. Schol. Aristoph. Eq. 399 p. 550., et paene quidem Aeschyleum, Platon. π. διαφ. κωμ. p. 28.; idem etiam docet, eum non Aristophanis more sales cum venustate coniunxisse, sed γυμνῇ τῇ κεφαλῇ βλασφημεῖν, in fragm. π. διαφ. χαρακτ. p. 27 quare Persius Sat. I, 124. iure eum audacem vocavit. Poesiam eius bene Aristophanis locus elegans in Eq.

525. ss. describit; et dignum eum habuerunt grammatici Alexandrini, Aristophanes et Aristarchus, quem in canonem inter comicos priscae comoediae referrent, cf. Ruhnken. Hist. crit. orat. Gr. p. XCV. Imaginem eius Zeuxippus in magno suo gymnasio clarissimis poetis inseruit, quam Christodorus *Ἔκφρ.* 357. ss. (Antholog. Palat. t. I. p. 52.) describit.

Scholia quoque in fabulas Cratini non defuerunt, sic Scholiastes Aristoph. Vesp. 151. p. 845. *τὰ περὶ Κρατίνου* laudat, ubi vulgatam *Κρατῖνον* iam Küsterus mutandam vidit. Galenus libros tres *τῶν παρὰ Κρατίνῳ πολιτικῶν ὀνομάτων* edidit, ut ipse testatur t. IV. p. 4. ed. Ald.; Callistratus Threissas Cratini, Athen. XI. p. 495. A., et Asclepiades eius *Δραπετίδας*, Athen. XI. p. 501. D. explicaverant. Meinekii coniectura, in Platonio *π. διαφ. κωμ.* p. 28. pro Archilocho, Aristarchi *ζητήσεις* restituentis, non caret verisimilitudine; sed Fabricius Lycophronem inter Cratini commentatores e male intellecto loco Athenaei p 501. retulisse videtur.

Metrum quoddam Cratineum dictum est, huiusmodi:

—⏑⏑— | ⏑—⏑— | —⏑—⏑ | —⏑⏑—

Cf. Hephaest. p. 96. 109. Gaisf. et id antea *τολύνιον* a Tolyno Megarensi dictum fuisse ait Etym. M. c. 761, 46. Lege summum Hermann Elem. doctr. metr. III, 5. p. 582. ss. Praeterea de Cratino ut poeta comico cf. Bekker Anecd. gr. t. II. p. 747. III. p. 1461. not. Diomed. Gr. III. c. 486, 16. Quintilian. I. R. X, 1. Vellei. Pat. I. 16. Horat. Serm. I. 4. 1. Euanth. Fr. de com. et trag. init.; et quae de eo monuerunt Meurs. Bibl. Att. l. II. in Thes. Gron. t. X. p. 1465-1473. Fabric. Bibl. Gr. II. 22. t. II. p. 430-435. Saxius Onomast. t. I. p. 85. et Meineke quaest. scenic. Spec. I. p. 14-25.

Nomen Cratini saepe cum Cratete, Cratero, Crateua, et forsitan Carcino commutatur. Confusionem cum Cratete comico infra inveniemus; in Stobaei vero Ecl. phys. 7. t. I. p. 56. iam Heeren Crateten philosophum pro

Cratino restituit, sicut in Scholiaste Aristoph. Eq. 790. p. 594. grammaticum huius nominis e Suida Küsterus. Cratinus ἐν ψηφισμάσι ab Harpocratione v. ἀρκτεῦσαι p. 28. laudatur, sed Craterus reponendus est, ut Maussacus, Schneiderus, et Meineke quaest. scen. I. p. 23. docuerunt, de quo cf. Voss de histor. gr. III. p. 347. IV, 9. p. 462. Simili modo in Photio v. στρωματίτης t. II. p. 544, 17. legendum. Nec dubito, quin Scholiastes Aristophanis Eccl. 1081. eiusdem scriptoris mentionem fecerit. Ibi loquitur de decreto Cannoni (cf. Morus Exam. loc. quorund. in Xenoph. Hist. gr. p. XXVIII. s.), et adiicit (p. 944.): Καὶ ὁ Κρατῖνος ἐν τοῖς ἰδίοις τὰς θειὰς μορφὰς ἐν ἀρχῇ φανείσας, loco miris modis corrupto, cui adiicias alterum e Schol. Thesmoph. 222. p. 946. ubi Cratinum ἐν ἰδαίοις verba ἀποξυρεῖν ταδί posuisse ait grammaticus, quo omnia etiam incertiora fiunt. Nam Burgesii opinio, de comico Cratino loqui omnino improbanda est, neque ipsum nihil certi afferre posse fateri oportet. Crateuas medicus in Scholiaste Theocriti XI, 46. pro Cratino reponendus est, ut iam Toup animadvertit; etiam in Photio v. ὕπουλα, γόνατα et Suida v. ead. eum respici credam. Cratinum autem in duobus Athenei locis I. p. 22. A. XII. p. 566. F. eiicere, et Carcinum poetam tragicum pro eo reponere voluerunt viri docti; attamen mihi certum est, priori loco eum omnino reponi non posse, cum Carcinum eodem tempore cum Thespide vixisse non credam, in altero autem Cratini ipsius fragmentum se facillime offert.

CAPUT PRIMUM.

FRAGMENTA E CERTIS FABULIS LAUDATA.

I. ΑΡΧΙΛΟΧΟΙ.

E titulo fabulae Archilochum eiusque imitatores irrisos fuisse coniici possit, sic Meineke quaest. sc. I. p. 22.; tamen id pro certo habere nequeo, cum fragmenta ipsa nihil lucis adferant, et personae unius nomen, scribae Metrobii, hanc opinionem paene labefactare videatur. Paulo diversa est sententia Kanngiesseri Scen. com. Athen. p. 432., qua Cratinum ipsum Archilochi imitatorem in hac comoedia fuisse statuit. Praeterea notandus est pluralis numerus in plurimis fabularum Cratini titulis.

I. Hephaestion p. 88:

Ἐρασμονίδη Βάθιππε τῶν ἀωρολείων.

Similiter Archilochus: *ἐρασμονίδη Χαρίλαε, χρῆμά τοι γελοῖον.* *ἐρασμονίδην* amasium significare credit Soping. ad Hesych. t. I. c. 1416. sed nullum huius locutionis testimonium certum adfert. *ἀωρόλειοι* sunt servi veteres *ἄωροι*, qui arte mangonum elegantes *λεῖοι* facti sunt. cf. Bekkeri Anecd. t. I. p. 476. Casaubon. ad Sueton. Aug. 47.

II. Plutarchus Cimone 10. t. III. p. 193. Reisk:

Κἀγὼ μὲν ηὔχουν Μητρόβιος ὁ γραμματεὺς
ξὺν ἀνδρὶ θείῳ καὶ φιλοξενωτάτῳ
Καὶ πάντ' ἀρίστῳ, τῶν Πανελλήνων πρόμῳ
Κίμωνι, λιπαρὸν γῆρας εὐωχουμένος

Αἰῶνα πάντα συνδιατρίψειν· ὁ δὲ λιπων
Βέβηκε πρότερος.

3. Formam ὁ πάντα ἄριστος illustrant Abresch ad Aeschyl. I., p. 239. s. et Lobeck ad Sophocl. Aiac. p. 417. in eodem versu vulgata πρώτῳ ob metrum in πρόμῳ cum Reiskio mutanda fuit. 6. βέβηκε pro mortuus est, sic οἴχεσθαι et κατοίχεσθαι Graeci dicebant. cf. intpp. ad Alciphr. Epist. I, 38. Hos versus scriba Metrobius loquitur, seque Cimonis amicum dicit, e quo patet, non omnes scribas Athenis infimo loco fuisse. Multi virorum doctorum eos servilis vel libertinae sortis credunt, cf. Meurs. Lect. Att. VI, 25. intpp. ad C. Nepot. Eumen. I, 3. de quo alii iure dubitant, ut Spanhemius de usu et praest. vet. numism. Diss. IX. t. I. p. 703. ss. et D'Orville ad Charit. I. p. 200. Meliorem de iis sententiam et verisimiliorem tulisse videtur Boeckh in Corp. inscr. gr. I, 1. p. 120.

III. Suidas v. Διὸς ψῆφος. t. I. p. 605. ubi vulgo Ἀρχιλόχειοις:

Ἔνθα Διὸς μεγάλου θᾶκοι πέσσοι τε καλοῦνται.

Vulgatam lectionem θῶκος Blomfield ad Aeschyl. Prom. Glossar. p. 107. Lips. in θᾶκος mutavit. Sed Scholiastes Platonis ap. Harles in Fabric. B. Gr. t. II. p. 431. (neque enim hunc locum in sylloge Bekkeriana invenire potui), θῶκοι habet, quod probavit Elmsley ad Eurip. Med. p. 89. Oxon. Ipse θᾶκοι reposui, confirmante Hesychio t. I. c. 1004. Διὸς θᾶκοι καὶ πέσσοι, τίνες γράφουσι ψῆφοι. cf. L. Bos Animadv. c. L. p. 198. πέσσοι etiam sedes significant, ut Eurip. Med. 67. ubi cf. Elmsley l. l. et Blomfield Glossar. in Aeschyl. Agamemn. p. 282. Cant. Sic autem nominabatur locus quidam Athenis, ubi lis inter Minervam et Neptunum diiudicata est. cf. Pausan. Attic. c. 24. 26. t. I. p. 101. 112. Sieb.

IV. Clemens Alexandr. Strom. I. p. 329, 18.:

Οἷον σοφιστῶν σμῆνος ἀνεδιφήσατε.

Vulgatam ἀνεδείφησατε correxit Casaubonus ad Athen.

III, 9. c. 168. sic Schneider Lex. Gr. I. p. 94. Sensus est: Quale poetarum examen quaesivistis! σοφισταὶ enim hic pro poetis positi sunt, quod e Diogene Laertio Praef. s. 12. p. 9. constat, qui Cratinum ἀρχιλόχοις Homerum et Hesiodum σοφιστὰς vocasse dicit. Poetae σόφοι, cf. intpp. Anacreon. 53. et σοφισταὶ dicti sunt, antequam haec vox in contemtum abiisset. Pindar. Isthm. V, 36. cf. Spanhem. de usu et pr. v. num. Diss. IX. t. I. p. 708. Perizon. Praef. in Aelian. V. H. p. XXIX. s. Morus ad Isocr. Panegyr. I. fin. Hemsterh. ad Lennep Etymol. L. Gr. p. 907. et Blomfield Glossar. in Aeschyli Prometh. p. 84. Lips. σμῆνος σοφιστῶν autem dictum est, ut apud Platonem Cratylo p. 54. σμῆνος σοφίας.

V. Stephanus Byzant. v. Δωδώνη p. 323. B. sive in Gronovii editione fragmenti de Dodone p. 8.:

Δωδωναίῳ κυνὶ βωλοκόπῳ τίτθη Γερανὼ προσέοικεν.

vulgo τ. γεράνῳ προσεοικὼς, quod corruptissimum viderunt Iac. Gronov. Exercitat. in hoc fragmentum p. 56. et Ed. Bernard epist. ad eum p. 5. (L. B. 1681.) Ipse Gronovius βωμοκλόπῳ coniecit. Mihi in voce γεράνῳ nomen huius τίτθης latere videtur, ideoque verbum sequens levi modo mutavi. Plurima autem nomina mulierum graecarum in ὼ exibant, ut meretrix Δεξὼ, quae infra invenietur, Γυρινὼ Sapphonis amasia, Maxim. Tyr. 8. p. 94. Etym. M. c. 243, 51. Κοριαννὼ. Pherecrates. Athen. XIII. 567. C. cf. Valckenaer Diatr. de Aristobulo Iud. p. 54. not. Metrum huius versus est Aristophaneum anapaesticum, quo Cratinum saepius usum fuisse docent Scholiastes Aristoph. Plut. 487. et Mar. Victorinus l. II. c. 2521, 15. cf. Gaisford ad Hephaest. p. 277. s.

VI. Photius v. εὕδοντι t. I. p. 29, 1. Hesychius v. ead. I. c. 1496, ubi vulgo Κρατῖνος ἀντιλέγω, Vaticana Appendix I, 91. p. 278.:

Εὕδοντι δ' αἱρεῖ πρῶκτος.

VII. Photius s. v. t. II. p. 498, 10.

Σαμιακὸν τρόπον.

Samii proras navium, quae σαμαίνη dictae sunt, suum rostris similes faciebant, ad quem morem poeta allusit. In Photio certissime ὑσὶν pro ναυσὶν legendum, cf. p. 498, 5. et Naeke Choeril. p. 155 s.

VIII. Athenaeus III. p. 86. E. et 92. F.

Ἡ μὲν δὴ πίννῃσι καὶ ὀστρείοισιν ὅμοιη.

Loco priore vulgo σηπίῃσι καὶ ὀστρέοισιν legebatur, contra metri rationes. πίννα et ὄστρειον duo concharum genera sunt.

IX. Athenaeus IV. p. 164. E.

Εἶδες τὴν Θασίαν ἅλμην, οἷ' ἄττα βαῦζει·
Ὡς εὖ καὶ ταχέως ἀπετίσατο καὶ παραχρῆμα·
Οὐ μέν τοι παρὰ κωφὸν ὁ τυφλὸς ἔοικε λαλῆσαι;

1. ἄττα saepe pleonastice ponitur, ut iam Harpocration p. 32. animadvertit. cf. quoque Etym. M. c. 167, 43. Schol. Plat. p. 371. Bekk. 3. hunc versum H. Grotius Excerptis p. 489. inseruit. De proverbio ipso cf. Casaub. Anim. in Athen. III, 32. c. 229.

X. Athenaeus IX. p. 375. A.:

Ἤδη δέλφακες, χοῖροι δὲ τοῖσιν ἄλλοις.

Ad versum supplendum καὶ τοῖς μὲν ἤδη coniecit Iacobs Addit. in Athen. p. 201.

XI. Athenaeus IX. p. 410. D.:

Ὠμολίνοις κόμη βρύουσ' ἀτιμίας πλέως.

Pollux X, 18, 64. vocem ὠμολίνον e Cratino citans huc respicit: est linum, a Celso VII, 4. in. crudum vocatum. sic Aeschylus fragm. t. V. p. 120. Schütz. cf. Hesych. t. II. c. 1590.

XII. Callian, Hipponici filium Melitensem, divitem, et meretricibus deditum irridet. Eundem moechum uxoris Phocionis fuisse, et triginta talenta ne ideo accusaretur dedisse narrat, ut docet Scholiastes Luciani Iove tragoed. 39. t. II. p. 696. Patrem autem Hipponicum, rubra facie notum, σκυθικὸν vocavit, Hesychius s. v. t. II. c. 1222. qui vero nullum fabulae nomen adiicit. Plura de hac familia Calliae et Hipponici in excursu ad Eupolidis κόλακας dicemus.

XIII. ἰθύφαλλος, pudendum erectum. Harpocr. s. v. p. 91. cf. Phot. t. I. p. 105, 14.

Praeterea Meursius Biblioth. Att. c. 1466. B. et ex eo Fabricius Bibl. Gr. t. II. p. 431. a Polluce VII. c. 11. hanc fabulam laudari aiunt; sed ibi (VII, 11, 41.) locus Archilochi, κέαται ἐν ἰπῷ affertur.

ΒΟΥΚΟΛΟΙ.

I. Hesychius v. πυρπερέγχει t. II. c. 1087.:

Πῦρ πῦρ, ἔγχει.

Vulgata πυρπερέγχεί in ipso MSto Marciano apud Schow p. 674. legitur, sed pro voce certissime corrupta Casauboni Anim. in Athen. XIV, 9. c. 908. emendationem recepi, a Wesselingio ad Petiti leges Atticas probatam, qui ipse πῦρ παρῆν, χεῖ coniecerat. Mihi tamen aliud etiam latere paene persuasum est. Hesychius monet, Cratinum fabulam cum dithyrambo et his quidem vocibus incepisse; et choragum vituperasse, qui alio chori instructionem dare voluerat, de quo sequens quoque fragmentum loquitur.

II. Athenaeus XIV. p. 638. F.

Ὃς οὐκ ἔδωκ' αἰτοῦντι Σοφοκλέει χορόν,
Τῷ Κλεομάχῳ δ', ὃν οὐκ ἄν ἠξίουν ἐγὼ
Ἐμοὶ διδάσκειν, οὐδ' ἂν εἰς Ἀδώνια.

1. vulgata αἰτοῦντι Σοφοκλεῖ a Iacobsio Addit. in Athen. p. 339. in αἰτ. περ Σ. mutatur, sed rectius Meineke Cur. crit. p. 70. 2. Cleomachus, poeta tragicus malus, cuius Cratinus in ὥραις fr. VI. mentionem quoque fecit, a nullo alio memoratur. Gaisford in indice auctorum ad Hephaestionem eum eundem cum inventore metri Cleomachei fuisse coniicit. 3. Adonia festus dies Atheniensium, similis Floralibus Romanorum, et a meretricibus maxime actus. cf. Meurs. Graec. feriat. I, p. 3. ss. et Bergler ad Alciphr. I, 37.

III. Suidas v. ἀποκτιννύναι t. I. p. 278. Συναγώγη λέξεων χρησίμων p. 429.:

Πρὸς τὸν οὐρανὸν
Σκιαμαχῶν ἀποκτίννυσι ταῖς ἀπειλαῖς.

Vulgo καὶ πρὸς — ἀποκτίννυσι, sed illud καὶ cum II. Grotio Excc. p. 489. omisi. Alteram vero scripturam veriorem esse ipsum metrum ostendit, eaque a Phrynicho Προπαρ. σοφιστ. p. 29. praefertur. Ex hoc fragmento autem apparet, formam Atticam κτίννυμι non tantum prosae orationi propriam fuisse, ut Buttmannus Gramm. gr. ampl. t. II. p. 175. veluit. 2. σκιαμαχία, pugna umbratilis, exercitatio pugilum quaedam fuit. cf. Antyllum apud Oribas. p. 121. Matth.

IV. Scholiastes Platonis Lach. p. 322. (p. 94. Ruhnk.)

Ἐν καρὶ τὸν κινδύνον· ὄὖν ἐμοὶ δοκεῖ
Πρῶτα πειρᾶσθαι.

vulgo ἐν ἐμοί, quod ob metrum mutavi. ἐν ἐμοὶ δὴ δ. Πρώτῳ π. Bekkerus corrupte edidit. Proverbium ἐν καρὶ τὸν κινδύνον ideo dicebatur, quia Cares ob mollitiem et ignaviam male audiebant. utuntur eo Plato Lach. p. 187. B. H. St. et Cicero pro Flacc. 27. cf. Suid. v. κὰρ t. II. p. 241. Zenob. III, 59. p. 67. Meineke ad Philem. p. 363.

V. ἀνδρακὰς viritim, seorsum. Suidas s. v. t. I. p. 187. Συναγ. λέξ. χρησ. p. 394. cf. omnino Blomfield Glossar. in Aeschyli Agam. 1585. p. 309. Cant.

VI. ἀνεσίαν, securitatem. Suidas s. v. t. I. p. 199. Συναγ. λέξ. χρησ. p. 395 et 402.

ΒΟΥΣΙΡΙΣ.

Hanc fabulam Cratini iunioris esse Meineke Quaest. scen. I. p. 25. suspicatur: sed sine ulla ratione, nam praeter Antiphanem, Ephippum et Mnesimachum, Epicharmus quoque priscae comoediae poeta fabulam huius

tituli docuerat. Unus autem versus, quem tantum e toto dramate habemus, nihil certioris de eius argumento et ratione nos scire sinit.

I. Pollux X, 23, 82.:

Ὁ βοῦς ἐκεῖνος, χῇ μάγις καὶ τἄλφιτα.

Kühn et Hemsterhuis *κἄτ' ἄλφιτα* ediderunt, sed vulgatam iure defendit Bentley epist. sec. ad Hemsterh. p. 99. *μάγις* mensa, quam vocem ut Aegyptiam et *ἐκθεσμον* Helladius Chrestom. p. 17. Meurs. improbat; sed ea praeter Cratinum, Sophoclem, Epicharmum et Cercidan iambographum usos fuisse Pollux docet.

ΔΗΛΙΑΔΕΣ.

In hac fabula de Delo, eiusque insulae sacris diebus actum fuisse certum quidem credam; totius tamen dramatis ordinem restituere ideo fieri non potest, quia paucissima tantum fragmenta ipsum hoc argumentum spectant.

I. Hesychius v. *αἴθρια* t. I. c. 153, ubi MS. Venetus apud Schow. p. 38. *Ἠλιᾶσιν* habet:

Ὑπερβορείους αἴθρια τιμῶντας στέφη.

Hyperborei, qui *αἴθρια στέφη* pro donis afferunt, difficultatem huius loci augent, et MS. Venetus, ut Schow l. l. monet, *ὑπερμορίους. αἴθριαν τ. στ.* legit, quare versum hunc vulnere quodam laborare opinor, et vocem *αἴθρια* praecipue corruptam esse. Nam *ὑπερβορείους* recte emendatum credo, cum *μ* et *β* saepe in MSStis confundantur: cf. summus Schaefer ad Schol. Apollon. Rhod. t. II. p. 338., et Friedemann ad Strab. t. VII. p. 369. not.

II. Photius v. *ἐτήσιοι* t. I. p. 26, 18.:

Ἐτήσιοι γὰρ πρόσιτ' ἀεὶ πρὸς τὴν τέχνην.

III. Photius v. *ῥαζεῖν* t. II. p. 481, 16. Suidas v. ead. t. III. p. 250.:

Ἵνα σιωπῇ τῆς τέχνης ῥαζῶσι τὸν λοιπὸν χρόνον.
Sic recte Toup. Emm. in Suid. P. III. p. 394. metrum constituit. ῥαζεῖν autem, quod proprie de canum clamore dicitur, hic contradicere, πικραίνεσθαι, σκαιολογεῖν significat. cf. quoque Photius vv. ῥοζεῖν et ῥύζειν t. II. p. 490, 8. 492, 3. et D'Orville ad Charit. p. 648.

IV. Photius et Suidas ll. ll.:

Ἔῤῥαζε πρὸς τὴν γῆν· ὁ δ' ἐσκάριζε κἀπέπαρδε.

Vulgo in Photio ὁ δὲ σκαρίζει κατέπαρδε. Suidas καὶ πέπορδε quod Hermannus in editione Photii c. 356. recepit. Porsonus apud Dobree ad Aristoph. Nub. 1350. κἀπεπόρδει coniecerat, sed postea in Tract. sand miscell. critic. p. 377. Kidd. emendationem a nobis receptam fecit, quam ipse in Photio quoque probavit. Aliter Pierson ad Moer. p. 36. et Meineke Cur. crit. p. 26. De toto tamen versus sensu etiamnum haereo.

V. Hesychius s. v. t. I. c. 753.:

Βοῦς ἐν αὐλίῳ.

Proverbium de homine nullius frugi. cf. Diogenian. Proverb. III, 70. p. 204.

VI. Athenaeus IX. p. 396. B.:

Τῷ δ' ὑποτρίψας τι μέρος πνῖξον καθαρύλλως.

Lectionem Dalechampii πνῖξον pro πνίξων praetuli.

VII. Lexicon S. Germanense περὶ συντάξεως v. ἂν in Bekkeri Anecd. Gr. t. I. p. 129.:

Εἴ τις δ' ὑμῶν κάλλει προκριθῇ·
Καὶ·
Πρὶν παροῦσα διδάσκῃ.

Haec duo mihi ex eadem fabula petita videntur.

VIII. Scholiastes Aristophanis Av. 1294. p. 486. Dind.:

Τούτοις δ' ὄπισθ' ἴτω φέρων Λυκοῦργος
Ἔχων καλάσιριν.

vulgatam ὄπισθεν ob metrum in ὄπισθ' mutavi. Dindorfius ad Schol. p. 440. δίφρον inter φέρων et Λυκοῦργος inserere vult. Ipse Lycurgus erat homo ignobilis, ab Eupelide ταξιάρχαις quoque et Pherecrate ἀγρίοις irri-

sus, ob mollitiem et ab originem externam. *Καλάσιρις* vestis linea fimbriata linea et laticlavia, secundum Herodotum II, 81. Cephisodemum (cuius nomen alias non inveni) apud Scholiasten, et Pollucem VII, 16. s. 71. Aegyptiacam eam fuisse tum loca Herodoti, Scholiastae et Pollucis iam allata, tum Photius t. I. p. 126, 19. Hesychius t. II. c. 120. et Suidas t. II. p. 229. demonstrant. Inde Bochartus Opusc. p. 381. Iablonsky Opusc. t. I. p. 102. ss. et de Rossi Etym. Aegypt. p. 78. ss. et Append. variis modis hanc vocem explicare student. Democritus vero apud Athenaeum XI, p. 525. C. D. eam vestem Persicam dicit, unde Relandus Opusc. min. argum. P. II. p. 149. ss. ex hac lingua derivare vult, qui locum Festi c. 262. Gothofr. confert. Aegyptiacam vero fuisse vestem ideo credam, quia etiam eorum milites inde *Καλασίριες* dicti videntur, cf. Hemsterhuis ad Aristoph. Plut. p. 249. et omnino hic vestis a Graecis non gesta memoratur ad Lycurgum perstringendum.

IX. In hac fabula moris mentionem fecit Cratinus, senes in Panathenaeis thallos gestasse. Scholiastes Aristoph. Vesp. 542. p. 867. quod Erichthonius, Philochoro in libro secundo *τῆς Ἀτθίδος* auctore, instituisse dicitur. Photius t. I. p. 79, 8. *θαλλοφόροι: οἱ γεραίτατοι παρ' Ἀθηναίοις ἐλέγοντο.* cf. Potter Archaeol. gr. II, 20. t. I. p. 920. vers. germ.

X. *ἐγκυρῆσαι*, felicem fieri. Suidas s. v. t. I. p. 674. Zonaras t. I. c. 609. Antiatticista p. 96. cf. Valckenaer ad Herodot. II, 82. VII, 208.

XI. *ἐξ αὐτῆς*. statim, *ἐξαῦθις*. Antiatticista s. v. p. 94. cf. Lobeck ad Phryn. p. 47. not.

ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΙ.

Titulus huius fabulae tam rarus est, ut suspicionem corruptelae movere possit, nam non facile intelligi potest, quale argumentum poeta in hac comoedia tractave-

rit. Tamen unicum eius fragmentum omnino versus comici videtur, neque inscriptio fabulae argumentum magis incertum reddit, quam Cratini χειμαζόμενοι vel Teleclidis Ἡσιόδος. Nonne enim coniicere possumus, Cratinum poetas scenicos eius temporibus fabulas docentes irrisisse, indeque comoediam suam a fabulis διδασκαλίας vocasse? Praeterea etiam choragos, malos interdum poetas bonis praeferentes, et fabularum κριτὰς perstringere potuit. Haec omnia quidem certissime demonstrare nequeo, attamen ipsum fragmentum huic opinioni non repugnat, et titulus inde ratione verisimili defenditur. Fragmentum illud Suidas v. ἀναρύτειν t. I. p. 180. (ubi cum Toupio et Porsono lege ἀναρύτειν) adfert,

Ὅτε σὺ τοὺς καλοὺς θριάμβους ἀναρύτουσ' ἀπηχθάνου.

vulgo ἀναρύττουσα, quod Toup. Cur. noviss. in Suidam p. 170. et Porson ad Eurip. Phoen. 463. p. 39. emendarunt. θριάμβοι hymni sunt in Bacchi honorem. Photius t. I. p. 94, 24. Hesychius t. I. c. 1732.

ΔΙΟΝΥΣΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ.

Alexandrum Magnum, qui pro Baccho coli voluit, in hac fuisse irrisum fabula Casaubonus ad Athen. III, 32. c. 229. credit; in eadem opinione Meineke Quaest. scen. I. p. 24. s. persistens, Cratini iunioris hanc comoediam esse suspicatur, cum alter Cratinus nullo modo Alexandrum perstringere posset. Hanc opinionem tum fabulae titulus tum fragmentum a Macrobio servatum confirmare videntur; ipse tamen nihil certi statuam, neque Cratino hanc comoediam abiudicem, cum ea ut huius a veteribus bis et vicies omnino laudata sit; et ex omnibus fragmentis quae supersunt veteris comoediae spiritus elucet, quare de eius argumento ampliandum censeam.

I. Suidas v. ἀνεπάγγελτος t. I. p. 197.:

Τῶν ἀνεπαγγέλτων [τις] βδελλολαρύγγων
Αὐτῷ φοιτήσας ἐπὶ δεῖπνον.

Illud τις inserui, cum hexametros hic latere credam. Hunc vero locum respicit Pollux VI, 2. s. 12. qui vocem ἀνεπάγγελτος a Cratino usurpatam ait. cf. Phrynich. προπαρ. σοφ. p. 6.

II. Athenaeus II. p. 47. A. Suidas v. ἄνηστις t. I. p. 207. Συναγώγη λέξ. χρησ. v. ead. p. 402. s.:

Οὐ γὰρ σὺ γε πρώϊος ἄκλητος φοιτᾷς ἐπὶ δεῖπνον
ἄνηστις;

In Athenaeo γὰρ τοι σὺ legitur, et ἄκλητος deest, quod Suidas servavit. ultima verba citat συναγώγη λ. χρ. p. 453. eaque respicit Eustathius ad Il. N. p. 947, 17. Toup. Cur. poster. in Theocr. 7. p. 14. Οὐ γὰρ τοι σὺ γε πρ. ἄκλ. φ. contra metrum coniecit, et Blomfield Glossar. in Aesch. Prom. p. 131. Οὐ γὰρ τοι σὺ γε πρ. φ. — — ἐπὶ δ. ἄν. Melius Iacobs Obss. miscell. ad calcem Porsoni Adversariorum in editione Lipsiensi p. 302. ποῦ (s. ποῖ) γὰρ σὺ γε πρώϊος ἄκλ. emendat; eius coniecturam πρώϊος recepi, τοι cum eo eieci, tamen οὐ quod in Athenaeo, et Suida (in quo vulgo corrupte ἰοὺ) exstat retinui.

III. Athenaeus III. p. 119. B.:

Ἐν σαργάναις ἄξω ταρίχους Ποντικούς.

vulgo falso ἐν σαργανοῖσιν contra metrum, nam ταρίχος Amphibrachys est. Schweighäuser ideo σαργάναις coniecit, Porson. Advv. p. 67. ed. Cant. σαργανοῖς, et Dindorfius σαργανίσιν edidit. Ipse Schweighäuseri lectionem probandam duxi. Huc respicit Pollux VI, 9, 48.

IV. Athenaeus IV. p. 384. B.:

Χηνόβοσκοι βουκόλοι.

Animadvertendum βουκόλους etiam anseres pascere, et in voce βούκολος bovium mentionem omnino evanuisse. cf. Antiatticista p. 84. Bekk. intpp. ad Eurip. Phoen. 28. Valckenaer ad Callimachi eleg. fragm. p. 75.

V. Suidas v. βῆ t. I. p. 431. s. Zonaras t. I. c. 387.

Etymol. M. c. 196, 7. Eustathius ad Il. I. p. 768, 14. (674 Bas.) et Odyss. μ. p. 1721, 27. (487 Bas.):

Ὁ δ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει.

Suidas et Zonaras ὁ δὲ (sive δὴ) λοίσθιος corrupte habent. Porsonus Suppl. Praef. in Eurip. p. XLII. metrum laborare credit, et ὡς προβάτιον emendat, quem Blomfield Glossar. in Aeschyli S. c. Theb. p. 141. subsequitur. Nam opinantur illi tetrametrum catalecticum in quarto pede anapaestum non admittere, nisi in nominibus propriis; attamen incertum est, haecné regula vera sit, de qua Elmsleius et Hermannus dubitant. Vulgatam igitur lectionem in contextu reliqui. βῆ ovium balatus est, qui inde βήξειν dicuntur; et hunc locum attulit Matthiae Gramm. gr. t. I. p. 29. ed. sec. ut ostenderet, Atticos litteram η ut nos vulgo pronunciasse. cf. tamen Bloch. Revis. d. Lehre v. d. Ausspr. d. Altgriech. p. 144. s.

VI. Pollux VII, 9. s. 28.:

Νακότιλτος ὥσπερ κωδάριον ἐφαινόμην·

vulgo ὥσπερεὶ, quod recte emendant Toup. Epistola de Theocriti Syracus. t. II. p. 331. s. Wart. et Porson Advv. p. 284. qui quoque νακότιλτον mavult, quod Schneider Lex. gr. t. II. p. 121. a. probasse videtur.

VII. Pollux VII, 27. s. 122. X, 4. s. 25.:

Παραστάδας καὶ πρόθυρα βούλει ποικίλα.

παραστάδες prima pars aedium fuit, Euripides Phoen. 426. ubi cf. Valckenaer p. 154. s. πρόθυρα autem locus ante aedes, ubi ara stare solebat. Aeschylus Choeph. 963. qui etiam πρόπυλα, προπύλαια, et προνώπια dicebatur.

VIII. Pollux X, 7. s. 34.:

Κλίνην τε παράπυξον.

IX. Pollux X, 31. s. 140.:

Ἐνεῖεν ἐνταυθοῖ μάχαιραι κούριδες,
Αἷς κείρομεν τὰ πρόβατα καὶ τοὺς ποιμένας.

1. ἐνεῖεν δ' ἐνταυθοῖ vulgo contra metrum, quod correxi, nam, ut ait Porson. ad Eurip. Hecub. 625.: Huius-

modi particulis addendis, mutandis, delendis millies metrum corrumpitur. *Κουρίδες μάχαιραι, αἷς κείρουσιν τὰ πρόβατα*, Phrynichus προπαρ. σοφ. p. 47. ait, qui forsan hunc nostri locum respexit.

X. Scholiastes Aristophanis Lysistr. 575. p. 736.:

Οὐκ, ἀλλὰ βόλιτα χλωρὰ κῷσπωτὴν πατεῖν.

Vulgatam *οὐ καλὰ βόλβιτα* defendit Koen ad Gregorium Cor. p. 133. sed recte emendavit Porson Advv. p. 284, cuius coniecturam Lobeck. ad Phryn. p. 357. probavit. Thomas Mag. p. 157. (ubi cf. intpp.) etiam *βόλιτα* non *βόλβιτα* dicendum esse monet. *οἰσπωτὴ* sunt sordes lanarum. Etym. M. c. 619, 10. cf. L. Bos Animadv. VI. p. 30. idem atque *οἴσπη*, de qua voce lege Wesseling. ad Herodot. IV, 187. et ad Glossar. Herodot. s. v. (VI, 2. p. 352. a. ed. Schweigh.)

XI. Macrobius Saturn. V, 21.:

Στολὴν δὲ δὴ τίν' εἶχε, τοῦτό μοι φράσον. —
Θυρσὸν, κροκωτὸν, ποίκιλον, καρχήσιον.

Hos versus Iac. Gronovius e MSto Thuanaeo addidit, et e patris coniectura ad marginem adscripta *τοῦδ' ὁμοχροον* in contextum recepit. Sed MS. *τουδομοιφρασον* habuit, unde veram lectionem Porson ad Eurip. Hecub. 782. p. 57. elicuit, quam Meineke Quaest. scen. I. p. 25. probavit. 2. Vulgo *ποίκιλον καρχήσιον* coniungebatur, sed recte mihi Meineke l. l. interpunxisse videtur. *ποίκιλον* enim est vestis Bacchica, ut ait Photius t. II. p. 437, 16. et Pollux VII, 12, s. 47.

XII. *γελγόπωλις*. Pollux VII, 33. s. 198. quae scruta vendit. cf. Hesychius t. I. c. 810. unde Eupolis forum ubi venduntur *τὰ γέλγη* dixit.

ΔΡΑΠΕΤΙΔΕΣ.

Ipsum reipublicae statum, vates et demagogos a Cratino in hac fabula irrisos fuisse fragmenta satis ostendunt

I. Photius v. ὄνος t. I. p. 337, 21. Suidas v. ead. t. II. p. 699.:

Οἱ δὲ πυππάζουσι περιτρέχοντες· ὁ δ' ὄνος ὕεται.

Illi circumcursitantes papae exclamant, ille vero sicut asinus rudet, i. e. nihil curat. in Suida verba ὁ δ' desunt, (in Aldina etiam verba ὄνος ὕεται omissa sunt), sed sic Photius, et Toup Emm. in Suid. P. III. Praef. p. 312. qui antea in Emm. in Suid. P. II. p. 289 s. ὁ ὄνος conjecerat.

II. Photius v. ὧδε t. II. p. 658, 15. Suidas v. ead. t. II. p. 752.:

Τοὺς ὧδε μόνον στασιάζοντας καὶ βουλομένους τινὰς εἶναι. ὧδε hoc in loco *hic* significat, non hac vel ita: alia exempla huius locutionis non inveni.

III. Suidas v. ἁμαρτεῖν t. I. p. 133.:

Ποδαπὰς ὑμᾶς εἶναι φάσκων, ὦ μείρακες, οὐκ ἂν ἁμάρτοιν. Küsterus male *ποδαπούς* edidit, cum editiones Aldina et Mediolanensis *ποδαπὰς* recte haberent, id quod etiam Piersonum ad Moerin p. 262. in errorem induxit. Sic etiam MS. apud Porson apud Dobree ad Aristoph. Eccles. 607. loquitur enim poeta de juvenibus, quos ut molles irridet. cf. de usu vocis *μείρακες* Thomas Mag. p. 604 ibiq. intpp. Lobeck. ad Phryn. p. 212. et intpp. ad Luciani *ψευδοσοφ.* 5. vulgo in Suida *ἁμαρτεῖν* quoque legitur, de qua forma pro *ἁμάρτοιμι* posita nemo virorum doctorum dubitavit, sed rectissime e serie verborum et ex MSto *ἁμάρτοιν* reposuit Porson l. l. similis forma *τρέφοιν* ex Euripide ab Etymologo M. s. v. affertur, de qua Valckenaer Diatr. Eurip. p. 153. quidem haesitavit, iure vero eam defendit Buttmann. Gramm. gr. ampl. t. I. p. 362 s. ut nunc ex hoc Cratini loco apparet. Ipse hanc formam comoediae et satyricis fabulis propriam credam, nam Euripidis fragmentum e dramate satyrico petitum videtur.

IV. Suidas v. *ἀποπάτημα* t. I. p. 289. Etymol. M. v. ead. c. 132, 9. *Συναγώγη λέξ. χρ.* s. v. p. 433.:

Καὶ Κερκύονα ἔωθεν ἀποπατοῦντ' ἐπὶ τοῖς λαχάνοις εὑρὼν ἀπέπνιξα.

Etym. M. καὶ omisit, et ἀποπατῶν habet; Suidae tamen lectionem probant Sylburg. et Bekker. ad Etym. M. Metrum hujus fragmenti quale sit alii definiant.

V. Hesychius v. βαλανειομφάλους t. I. c. 684. Athenaeus XI. p. 501. D. F. Lex. Seguier. ap. Bekker. p. 225. Eustathius ad Homeri Il. ν. p. 1261.:

Δέχεσθε φιάλας τάσδε βαλανειομφάλους.

vulgata δεχέσθαι certe mutanda erat. Pocula autem illa umbilicos balneis similes habuisse videntur, quanquam ipsos veteres dubitasse ex Athenaeo satis appareat, qui Eratosthenis, Apionis, Herodori, Didymi, Lycophronis, Asclepiadae et Timarchi sententias diversas adducit.

VI. Athenaeus VIII. p. 344. E. F.:

Λάμπωνα, τὸν οὐ βροτῶν
Ψῆφος δύναται φλεγυρὰ δείπνου φίλων ἀπειργειν·
Νῦν δ' αὖθις ἐρυγγάνει·
Βρύκει γὰρ ἅπαν τὸ παρὸν, τρίγλῃ δὲ κἂν μάχοιτο.

vulgo λ. τὸν οὐ βρωτῶν — νῦν δ' αὖ τις. unde Casaubonus Anim. VIII, 7. βροτῶν ψόγος — νῦν δ' οὐδ' ἄν τις coniecit. Ipse omnino Porsonum apud Gaisford ad Hephaest. p. 341. secutus sum, cajus emendationes summus Hermannus Elem. doctr. metr. III. p. 594. comprobavit. 1. Lampon vates Atheniensis ab aliis quoque comicis irrisus. Hic quidem ob voracitatem perstringitur, quod vitium Aristophanes etiam saepissime vatibus tribuit. cf. Pax 1045 ss. Av. 960 ss. cf. de Lampone Schol. ad Aristoph. Av. 521. Suidas s. v. t. II. p. 414. 2. Ψῆφος φλεγυρὰ: flagrans rumor. cf. Toup cur. noviss. in Suid. p. 302.

VII. Pollux IX, 7 s. 99.:

Παυδιονίδα πόλεως βασιλεῦ
Τῆς ἐρικώλακος, οἶσθ' ἣν λέγομεν;
Καὶ κύνα καὶ πόλιν, ἣν παίζουσιν.

vulgo βασιλέως et ἐριβώλακος, quae Bentleyo epist. pr. ad T. Hemsterh. p. 84 s. auctore mutavi. ἐρικώλαξ ad

formam Homerici ἐριβώλαξ Il. β, 481. ν, 791. fictum videtur. 3. Loquitur de talorum ludo, κύων καὶ πόλις, hi vero πόλεις et postea χώραι dicti sunt. Zenobius Prov. V, 67. p. 140. huc respicit, cum Cratinum ludi mentionem fecisse dicit. cf. Photius t. II. p. 489, 1. ubi pro χαρὰς lege χώρας, caetera obscuriora sunt. Has significationes horum vocabulorum et vocem ἐρικώλαξ lexicis adde. Caeterum Cratinum pro solita sua audacia hic per πόλιν Athenas, et per κύνα Periclem, quem earum regem quoque vocat, intellexisse opinor.

VIII. Aelianus Histor. animal. XII, 10. p. 383. Schneid.:

Φέρε νῦν σοι
Ἐξ αἰθρίας καταπυγοσύνην μυὸς ἀστράψω Ξενοφῶντος.

Sic metrum constituendum est. Meineke Add. ad Menandri reliq. p. 580. φ. νύν σοι conjicit, qui recte p. 408. vocem αἰθρίας ut Molossum defendit. Sic Aristophanes Nub. 371. ubi cf. Dobree. Xenophontem autem nescio quem murem dicit, quia haec animalia maxime in venerem ruunt. Photius t. I. p. 282, 3.

IX. Apollonius Dyscolus π. ἀντωνυμίας p. 285 b. Bekk.:

Οὗτος καθεύδεις; οὐκ ἀναστήσεις βοῶν.

In MSto ουτως et βοτων sine accentibus leguntur, quod signum corruptelae est, cf. Bast. Lettre crit. p. 15. Quare Koenii ad Gregor. Cor. p. 117. coniecturam, a Ruhnkenio ad Timaeum p. 280. probatam recepi, quam etiam Beck in Actis seminarii philol. Lips. t. I. p. 494. comprobasse videtur. Tamen in βοτῶν aliud verbum vel potius nomen cuiusdam latere credam.

X. Zenobius VI, 24. p. 160.:

Ὕδωρ παραῤῥέει.

Proverbium de iis dicitur, qui se omnia, difficillima etiam, effecturos credunt.

XI. Scholiastes Phileb. p. 382. (p. 40. Ruhnk.):

Ὁ μῦθος ἀπώλετο.

Hoc iis dicebatur, qui omnia quae curae iis non esse deberent, scire in animo habent.

XII. Lamponem vatem ἀγερσικυβῆλιν (adde lexicis) ἀγυρτὴν et κυβηλιστὴν dixit. Suidas v. κυβηλίσαι t. II. p. 388 s. Hesychius v. ἀγερσικ. t. I. c. 44. Etym. M. v. ead. c. 8, 9. Κιβδηλιστὴν coniecit Ernesti in Lexico Hederici s. v. c. 1159. et alios ἐγερσικυβῆλιν legisse ait συναγώγη λέξ. χρ. p. 336. (cf. Bekkeri Anecd. t. III. p. 1106.) hic vero ἀγυρταὶ circulatores, Cybeles magnae Deorum matris sacerdotes, intelliguntur, qui stipem mendicantes colligebant. cf. omnino Ruhnken. ad Timaeum p. 10 ss. et Meineke ad Ménandr. p. 111.

XIII. Ἀνεικάσασθε, deridetis. Suidas s. v. t. I. p. 203. Συναγώγη λ. χρ. p. 396.

XIV. Ἱερὰ ὁδὸς. via qua Mystae ab urbe Eleusinem ibant. Harpocration p. 89 s. cf. Photius t. I. p. 102, 14. Pausanias I, 36, 3. Lexicon Rhetoricum in Bekkeri Anecd. t. I. p. 266. Meursius Eleusin. 27. p. 82 s. Wesseling. ad Herodot. VI, 34.

XV. Στιβὰς, cubile. Basilius apud Bast in Schaeferi Praefat. ad Gregor. Cor. p. 58. not.

ΕΜΠΙΠΡΑΜΕΝΟΙ.

Aristophanem multa ex hac fabula in Thesmophoriazusas δευτέρας intulisse Clemens Alexandr. Strom. VI. p. 751 s. monet. Nihil amplius de amplius de hac nostri fabula omnino occurrit.

ΕΥΝΕΙΔΑΙ.

Ennidae (ab Euneo Jasonis et Hypsipyles filio) apud Athenienses citharoedi publici erant, cum pompae deo-

rum dicerentur. Hesychius t. I. c. 1515. Photius t. I. p. 36, 16. cf. omnino de iis Meursius Lect. Att. V, 10. Ridicule enim Kanngiesser in Scena com. Athen. p. 446. titulum per die Beischlaeferinnen reddidit. Haec fabula Cratini Alexandro M. adeo placuisse dicitur, ut sub eius pulvinari inventa fuerit, auctore Ptolemaeo Hephaestione V. p. 326. ed. Gale. praecipue vero poeseos genere parodiaco usus fuit in hac comoedia, secundum Athenaeum XV. p. 698 C, (ubi ante Schweighaüserum falso *εὐνοίδαις* legebatur), quod poeseos genus Hegemon Thasius invenit, de quo, et de poetis in ea excellentibus plura monet Athenaeus l. l. p. 698. A. — 699 D.

I. Stobaeus S. 169, 11. (S. 52. p. 201. Grot.) ubi falso *εὐνίδαις:*

Ἥβης ἐκείνης νοῦ δὲ τοῦδε καὶ φρενῶν.

Vocem *κατάλληλος* quae vulgo adiecta legebatur, cum H. Grotio omisi. Apud Synesium epist. 129. p. 265. Petav. et Julianum Misopog. p. 339 D. verbis scriptoris intermixtum legitur *στένομεν μεμνημένοι ἥβης τ' ἐκείνης νοῦ τ' ἐκείνου καὶ φρενῶν.* quae omnia ut Cratini verba affert Blomfield ad Aeschyli Pers. 290. p. 30. de quo tamen dubito, nam forsan versus hi iis imprudentibus exciderant, quod de Synesio saepius quidem novimus, cf. Porson ad Eurip. Med. 139 s. II. p. 29.

II. Scholiastes Aristophanis Eq. 527. p. 566. ubi vulgo *εὐμένισιν*, sed recte Meursius Biblioth. Att. c. 1467 s. *εὐνείδαις* emendavit, quod probare non dubitavi, quanquam et Kanngiesser Scena com. Athen. p. 432. et Meineke Quaest. scen. I. p. 20 s. not. vulgatam defendant. Nam omnino comicos Eumenidas in comoediam introduxisse fieri non potest, qui quanquam erant audacissimi omniaque licentia sua corripientes, tamen has deas ab Atheniensibus innato quodam pavore cultas, (*ἃς τρέμομεν λέγειν καὶ παραμειβόμεσθ' ἀδέρκτως ἀφώνως, ἀλόγως τὸ τᾶς εὐφήμου στόμα φρόντιδος ἱέντες*, ut canit Sophocles Oed. Col. 128 ss.) in scena irridere non audebant. Neque locus Ioannis Alexandrini aliquid ad vul-

gatam defendendam auctoritatis habet, nam MS. Haviensis e quo Dindorfius primum hoc opusculum edidit, non est optimae et antiquae notae. Platonis comici εὐμένιδες afferri potuissent, ab Etymologo M. c. 97, 4. laudatae, nisi Bekkerus ibi monuisset Plutarchum Eumene restituendum esse; et praeterea fragmentum a Scholiasta servatum ad Eunidas facillime referri potest, de quibus Cratinum haec dixisse puto:

Τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων,

ubi Scholiastes ait: *τέκτονες: πάντες οἱ τεχνῖται·* (Romanorum artifices). *εὐπαλάμων δὲ, εὖ διακεχειρισμένων ἢ συντεταγμένων.*

III. Ioannes Alexandrinus de accent. p. 29, 30 Dind. ubi vulgo *εὐμένισιν:*

Λέγειν ἐπίσχες, μὴ πέρα προβῇς λόγου.

Η Ρ Ω Ε Σ.

Haec fabula ut Cratini bis laudatur; a Suida v. *ἀνεκὰς* t. I. p. 193, (de qua voce cf. Boeckh. Not. crit. ad Pindari Olymp. II, 24. p. 354 s.):

Τὸν αὐχὲν' ἐκ γῆς ἀνεκὰς εἰς αὐτοὺς βλέπων.

et a Pollucе X, 17 s. 64 qui vocem *ἀσαμίνθος* in ea usurpatam fuisse ait. Sed in hoc Pollucis loco pro *ἥρωσιν* reponendum est *χείρωσιν*, ut ex ipso Polluce VI, 16 s. 98. patet, quare in Suida quoque Cratetem pro Cratino legendum esse certus sum, et hanc fabulam e Cratinearum numero tollo. Eandem opinionem Meineke quaest. scen. I. p. 23. sequitur; et Cratetis *ἥρωες* saepissime a grammaticis laudantur, ut a Suida t. I. p. 69. II. p. 369. Polluce III. 155. X. 90. 175.

ΘΡΑΤΤΑΙ.

In hac comoedia ritus Threissarum descripsisse, et cultum deorum Thracum Athenas perlatum irrisisse poetam opinor. Acta autem erat Olymp. LXXXIV. ut e fragmento primo apparet.

I. Plutarchus Pericle 13. t. I. p. 620. Reisk.:

Ὁ σχινοκέφαλος Ζεὺς ὁδὶ προσέρχεται
Ὁ Περικλέης, τῷδειον ἐπὶ τοῦ κρανίου,
Ἔχων, ἐπειδὴ τοὔστρακον παροίχεται.

1. Pollux II, 4 s. 143. Periclen a nostro ἐχινοκέφαλον vocatum fuisse monet, sed σχινοκέφαλον ex hoc loco reponendum esse iam interpretes ad eum viderunt. ipse vulgatum ὅδε in ὁδὶ ob metrum mutavi, ut Meineke quaest. scen. I. p. 16.: et saepe haec confunduntur. cf. Dindorf. ad Aristoph. Av. 18. (p. 8. ed. min.) ὅδε vel ὁδὶ pro ὧδε huc positum est, quam locutionem Schaefer. Melet. cr. p. 77 s. not. et Blomfield Glossar. in Aeschyli Prom. p. 152. Lips. illustrant. 2. Vulgo ὁ ante Περικλέης deerat, quod cum Meinekio l. l. ob metri rationes inserui. Ille autem Odeum construi fecerat, theatrum musicum, quod in Ceramico vico tripodum situm erat, ad sinistram theatri Dionyso sacrati. cf. Pausan. I, 20, 3. ubi cf. Siebelis p. 67 s. Vitruvius V, 9. t. I. p. 132. Schn. Meurs. Ceramic. gem. 12. p. 30 ss. G. H. Martini qui dissertationem de odeis veterum scripsit (Lips. 1767.), et Barthelemy Anachars. not. ad. c. 12. t. II. p. 340 ss. Bip. 3. Fabulam hanc post tempus, quo inimici Periclis ostracismo eum eiicere quaerebant, scriptam esse certum est, id quod Olymp. LXXXIII, 4. accidit.

II. Photius s. v. t. I. p. 326, 19. Suidas v. ead. t. II. p. 676.:

Ὀκτώπουν ἀνεγείρεις.

ἀνεγείρῃς Suidae editio Küsteriana, et ex MSto Photii Hermannus; sed Porsonus mutavit, cui antiquiores Suidae editiones consentiunt.

III. Pollux IX, 6, s. 91.:

Ὅτε τοὺς κόρακας τᾶξ Αἰγύπτου χρυσία κλέπτοντες ἔπαυσαν.

IV. Pollux X, 36 s. 160.:

Εἰς τόνδε καλιὸν ἦν τύχῃ καθήρμνυται.

vulgatam *τὸν καλιὸν* ob metrum mutavi. *Καλιὸς* carcer erat, in quem scelerati includebantur. Photius t. I. p. 127, 7. cf. Hemsterhuis ad Plut. p. 134 ss.

V. Priscianus XVIII. c. 1183, 12.:

Τὴν πέρυσι
Βουλὴν ἐφεστῶς.

Sic haec in metrum redigenda putavi.

VI. Scholiastes Euripidis Hecub. 838. t. IV. p. 189. Matth.:

Πανὶ κακὸν δεῦρο μαστάων τινα ποτε χαλκοῦν ἢ ξύλινον καὶ χρύσεον προσῆν. οὐδαμῶς· ξύλινος ἐκεῖνος, ἀλλὰ χαλκοῦς ὢν ἀπέδρα. Πότερον δαιδάλειος ἦν, ἢ τις ἔκλεψεν αὐτόν;

sic hic locus vulgo corruptissime legitur, de quo Matthiae nihil se decernere posse libere fatetur; ipse quoque eum ita ut erat reliqui. Barnesii coniectura ineptissima referri non meretur. Summus Hermannus apud Matthiae ad h. l. legendum coniicit: — ⏑ ⏑ — ⏑ *πάνυ κακὸν δ. βάστασον τ.* — | *Πότερα χ. ἢ ξ;* — *Καὶ μὴ χρυσίον προσῇ.* — | *Οὐδαμῶς. ξ. γ' ἐκ.* ⏓ — ⏓ — ⏑ — | *Ἀλλὰ χ. ὢν ἄπ.* — *πότερα δ. ἦν* | *Ἢ τις ἔκλ. αὐτόν;* aliter Dobree ad Aristoph. Nub. 518.: — — *Πανὶ κάδον δ. βάστασον τ.* — *Πότερα χ. ἢ ξ.;* — *Καὶ χρυσοῦν ἐὰν προσῇ.* — *Οὐδ. ξ. δ' ἐκ.* [*σοι. χαλκοῦς μοι ποτ' ἦν*], *Ἀ. χ. ὢν ἀπ.* — *Πότερα δ. ἦν, Ἢ τις ἔκλ. αὐτόν;* Certi nihil de fragmento statui potest; tamen hic de statua quadam loqui credam, ut in locis Euripidis et Platonis comici a Scholiasta allatis, non de patera vel de cado, ut viri doctissimi voluisse videntur.

VII. Bendin, deam Thracum *δίλογχον* dixit, vel quia ut venatrix duas hastas gessit, vel quia duas sortes coelestem et inferam tenuit. Hesychius s. v. t. I. c. 997. quem cf. quoque t. I. c. 719. Bendis erat Arte-

mis Thracum, secundum Herodotum IV, 33. cuius veneratio Platonis temporibus Athenas pervenit, vel iam antea, ubi τὰ Βενδίδεια die vigesimo primo mensis Thargelionis agebantur, Scholiast. Plat. p. 395. (p. 143 R.) et Bendideum exstructum erat. Xenophon. H. Gr. II, 4, 11. Plura de ea Meursius Graec. fer. II. p. 57 ss. et Ruhnk. ad Timaeum p. 62 s. habent.

VIII. Euathlum rhetorem sycophanten irrisit. Scholiastes Aristoph. Vesp. 590. p. 870.

IX. ἀπέφρησαν, dimiserunt. Hesychius s. v. t. I. c. 446. ubi vulgo Θρασυν, unde Meursius Biblioth. Att. c. 1468 A. B. θράσωνι coniecit, sed θρᾶτταις legendum e vestigiis MSti Veneti apud Schow p. 114. in quo κρατῖνοι θρασυ (ες / ξ) (sic) legitur.

X. Κακόδουλος, servus improbus. Antiatt. s. v. p. 104. Pollux III, 8. s. 80. sine fabulae nomine.

XI. Κύβηβον, insanum. Photius t. I. p. 183, 1. qui a Cybele furore afflatus est. cf. Phot. t. I. c. 182, 19. Festus v. Cybele c. 276 Gothof.

XII. Πέλικαι: poculorum genus. Pollux X, 17 s. 67. sic explicat Callistratus in ὑπομνήμασι Θραττῶν apud Athenaeum XI. p. 495 A.

XIII. Συρβηνεὺς, tibicen. Hesychius s. v. t. II. c. 1315. ibiq. intpp. et Schow p. 717.; qui magno cum tumultu, συρβῇ, tibias inflat. cf. Photius t. II. p. 557, 9.

ΚΛΕΟΒΟΥΛΙΝΑΙ.

Cleobulum philosophum Lindium eiusque filiam Cleobulinen hac in fabula Cratinus irrisit, auctore Diogene Laertio I, 98. p. 55.; ejusdem tituli fabulam Alexis docuit, quam Athenaeus XIII. p. 586 A. laudat.

Ipsa fragmenta argumento comoediae nihil lucis amplius afferunt.

I. Hesychius v. αἴθης πέπλος t. I. c. 152, ubi αἰθῆς accentuandum credam, quam formam Buttmannus Gramm. gr. ampl. t. I p. 172 explicat:

Ἐκβάλλοντες τῆς αἴθης πέπλους.

Locum corruptum esse Alberti iam animadvertit, nam αἴθης πέπλος peplum splendidum significare Hesychius ait, quod tamen hic difficulter inveniendum erit.

II. Pollux X, 24 s. 105:

Ἐπέδωκε βαλάνων ἄβακα τῶν ἐκ Φελλέως.

Glandium quadram e Phelleo sumtarum addidit. Ad ἄβακα βαλάνων idem Pollux VI, 12 s. 86 respicit. Vulgo hic φιττέως legebatur, unde Kühn πιτθέως coniecit, sed elegantissime Bentleyus epist. sec. ad T. Hemsterh. p. 102. Phelleus enim locus quidam in Attica dicebatur, Aristophanes Acharn. 273. Nub. 71. ipse Cratinus ὥραις fr. XXI. et omnia loca saxosa sic vocari ait Harpocration s. v. p. 184. cf. Photius t. II. p. 644, 4. Scholiastes Platon. Crit. p. 444. et Ruhnken. ad Timaeum p. 192.

III. Scholiastes Aristophanis Av. 31. p. 412. ubi vulgo Κλεοβούλοις:

Ἀκέστορα γὰρ ὅμως [Σάκαν] εἰκὸς λαβεῖν
Πληγάς, ἐὰν μὴ συστρέφῃ τὰ πράγματα.

1. Σάκαν Bentlejus inserui voluit, quod ut metro consulerem recepi. 2. vulgatam συστρέψῃ recte mutant Bentley, Burges, et Meineke Quaest. scen. I. p. 54 not. Acestor ille tragicus poeta Atheniensis frigidissimus erat, filius Tisameni Sacae, quem Theopompus τισαμενῷ irrisit. cf. Schol. Aristoph. Vesp. 1260. p. 909. De eodem Eupolis Κόλαξιν apud Athenaeum VI. p. 237 A. loqui videtur.

IV. Zenobius Prov. V, 14 p. 118:

Μῦλος πάντ' ἀκούων.

Proverbium de iis qui se surdos fingunt. cf. Photius t. I. p. 279, 25. Diogenianus VI, 40. p. 232. De Mylo poeta

comico τῆς ἀρχαίας a Zenobio l. l. memorato alias plura dicam.

V. Hephaestion p. 17:

Ἔστιν ἄκμων καὶ σφῦρα νεανία εὐτρίχι πώλῳ.

D'orville ad h. l. Homerum Odyss. Γ, 434. ἄκμονα τε σφύραν τ' εὐπαίκτον τε πυράγρην hic παρῳδεῖσθαι credit. Mihi autem in νεανία mendum etiam latere videtur. σφῦρα non σφύρα accentuavi, cum υ longum sit, cf. Buttmann Gramm. gr. ampl. t. I. p. 142. not.

VI. ἄρκυς, venatorum rete. Harpocration. p. 28.

VII. ἶπος, muscipula. Pollux VII, 11 s. 41.

VIII. παροψωνεῖν, clam obsonare. Athenaeus IV. p. 171. B. ubi ipsum fragmentum excidit. cf. Schweighäuser Anim. t. II. p. 610. et Blomfield Glossar. in Aeschyli Agamemn. p. 302 s. Cant.

IX. σκάλωψ talpa. Photius t. II. p. 515, 23. pro quo Schneiderus in Lexico Gr. s. v. σκάλοψ legisse videtur.

X. φέροικος, animal mustelae simile. Photius s. v. t. II. p. 645, 8. quod quercuum radices edit. cf. idem t. II. p. 644, 16. Hesychius v. φερέοικος t. II. c. 1500. Alia est φερέοικος Hesiodi Ἔργ. 571 (535 Br.) quae cochlea, a Cicerone Divin. II, 64, 133. domiporta vocata, videtur.

Praeterea Alberti ad Hesychium t. I. c. 152. Photium voce στίλβη hanc Cratini fabulam laudasse ait, sed nihil in eo invenitur, quare credam, Apollonii Sophistae Lexicon MS. ibi intelligendum esse, de quo cf. Dobree Praef. ad Phot. p. X. not.

ΛΑΚΩΝΕΣ.

I. Clemens Alexandr. Strom. VI. p. 738, 22:

Φοβερὸν ἀνθρώποις τόδε,
Κραμένοις ἐπ' αἰζηοῖσι καυχᾶσθαι μέγα.

1. vulgatam τὸ δ' αὖ cum H. Grotio Excc. p. 489 mutavi. Sententiam ex Homero Odyss. X, 412. sumsit: Οὐχ ὅσιον κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι, ubi cf. Schol. p. 545 s. Buttm. Cum hoc unicum fragmentum solum supersit, de argumento fabulae nihil certi statui potest.

ΜΑΛΘΑΚΟΙ.

Mollitiem Atheniensium a Cratino hic irrisam et titulus, et fragmenta quaedam demonstrant, in quam omnino comici veteres saepissime invecti sunt.

I. Hesychius v. βρυτίνη t. I. c. 777:

Ἄμοργον ἔνδον βρυτίνην νήθειν τινὰ.

Vestem byssinam ex Amorgo insula intus nere. cf. omnino Barker ad Etymol. M. c. 732 ss. MS. Venetus ap. Schow p. 184. νίθειν habet, et Salmasius ad Tertullianum de pallio p. 197. (p. 240) νήθει conjecit, quod non displicet.

II. Pollux VII, 33 s. 171. X, 11 s. 50:

Λευκοὺς ὑπὸ ποσὶν
Ἔχων πίλους.

Sic hoc fragmentum digessi. πίλοι pro calceamentis pronuntur, cf. Valckenaer ad Herodot. III, 12. Hemsterhuis in Lennep Etymol. L. Gr. p. 778.

III. Athenaeus III. p. 111. E. F:

Πρῶτον ἀποπυρίαν ἔχω
Ζυμίταν τε· μὰ Δί', οὐ πλέως κεκρύφαλος;

Sic versum secundum emendavi; vulgo ζυμιταμιαδου πλέους κνέφαλον, pro quo Casaubonus Anim. III, 28. Ζυμίταν μὰ Δί' οὐ πλέων κεκρυφάλου, Corayus ζυμίταν ἀποδοῦ πλέων ἁπαλὸν conjecerunt. Fragmentum mea conjectura significat: Panes habes duos ἀποπυρίαν et ζυμίταν, per Jovem, nonne plenum est reticulum?

IV. Athenaeus XIV. p. 638. E. F:

Τίς ἄρ' ἔρωτά μ' οἶδεν, ὦ Γνήσιππ', ἐγὼ πολλῇ χολῇ.
Οἴομαι γὰρ μηδὲν οὕτως μῶρον εἶναι καὶ κενόν.

Gnesippum musicum illudere dicitur Cratinus ab Athenaeo, quod tamen ex his versibus corruptissimis elicere nequeo. In v. 2 quidem μηδέν' scribendum credam; sed priorem partem ita ut erat posui. Casaubonus Anim. XIV, 9. ἐρωτᾷ μ' οἶδας. H. Grotius Excc. p. 491. ἐρῶντα μ' οἶδεν (et postea γὰρ inseruit). Jacobs Addit. p. 339. ἐρῶν τἄμ' ἤδεν ὦ Γν. ἔλεγον κ. χ. cujus ἔλεγον in hac sede ut dactylum dubium ait Meineke cur. crit. p. 8, et illud subintellegi quoque possit. Omnes vero has coniecturas veram nondum huius versus scripturam invenisse certus sum.

V. Athenaeus XV. p. 685 B. C. cf. quoque p. 681. A. C. E. 685 F.:

Παντοίος γε μὴν κεφαλὴν ἀνθέμοις ἐρέπτομαι,
Λειρίοις, ῥόδοις, κρίνεσιν, κοσμοσανδάλοις, ἴοις,
Καὶ σισυμβρίοις, ἀνεμωνῶν κάλυξί τ' ἠριναῖς,
Ἑρπύλλῳ, κρόκοις, ὑακίνθοισιν, ἐλίχρυσου κλάδοις,
Οἰνάνθησιν, ἡμεροκαλλεῖ τε τῷ φιλουμένῳ,
Ἀνθρύσκου φόβῃ, — — — —
Τῷ τ' ἀειφρούρῳ μελιλώτῳ κάρα πυκάζομαι,
Καὶ γὰρ κυτίσος αὐτόματος παρὰ Μέδοντος ἔρχεται.

Elegantissimum fragmentum, ab Hermanno et Porsono egregie restitutum. 1. γ' ἐμὴν coniecit Coray. 2. vulgo ῥόδοις, κρίνοις, quae ob metrum in ῥόδοισι, κρίνοις mutavit Hermann Elem. doctr. metr. III, 4. p. 580 s. sed atticam formam κρίνεσιν restituit Porson apud Dobree ad Aristoph. Nub. 518. cf. idem ad Nub. 908. et Pierson ad Moerin. p. 132. b. Κοσμοσάνδαλος hyacintho similis est, Pausanias II, 35. t. I. p. 363. Siebel. et Pollux VI, 19 s. 106. qui hunc locum respicit. 3. κάλυξιν Porsonus voluit. 4. ὑακίνθῳ Athenaeus p. 685 B. ὑακίνθοις p. 681 A. sed in ὑακίνθοισιν Hermannus et Porsonus consentiunt. 5. s. Hic Salmasius Excc. Plin. p. 734. οἰνάνθης, ἡμ. τῇ μίλῳ, ἀνθρίσκου φ. vel τῇ μίλῳ κἀνθρ. φ. coniecit legendum esse, ob Pollucis locum mox afferendum. de ἡμεροκαλλεῖ cf. Photius t. I. p. 68, 19. 6. vulgo ἀνθρυσκίσκου, quod Hermannus et Porsonus in ἀνθρύσκου mutarunt. cf. Hesych. t. I.

c. 382. 1241 ibiq. intpp. 7. ἀεὶ φρούρῳ vulgo, quod Porsonus coniunxit, nam ἀειφρούρος est sempervirens, ut explicat Hesychius t. I. c. 109. 8. γὰρ vulgo deest, quod cum Hermanno inserui. Porson κάμοὶ, Dobree καὶ τις coniecerunt. Postea παραμέδοντος, ut vulgo legebatur, Schweighäuserus defendit, et *me non curante* vertit, significatione mihi ignota. παραμένοντος Hermann: facillima tamen visa est mutatio Porsoni, quam Dobree probavit, ut Medon sit nomen alicuius, qui flores Athenis tunc temporis vendidit.

VI. Constantinus Porphyrogenneta de administrando imperio c. 22. p. 54. Meurs.:

Ἴβηρος τραγοπώγων.

vulgatam τραγωπώγων ipse Meursius Biblioth. Att. c. 1469. C. correxit.

VII. Κάβαισος, ὁ ἄπληστος. Etym. M. c. 482, 21. cf. Pollux VI, 8. s. 43. Photius t. I. p. 119, 20.

VIII. Κυλλοῦ πήραν καλιὰν dixit. Photius t. I. p. 185. s. Suidas v. ead. t. II. p. 394. Erat fons in Hymetto monte, de quo cf. Meursius Reliq. Att. 10. p. 49. Tamen aliud hic latere credam, valdeque mihi Meinekii coniectura placet, qui in Quaest. scen. I. p. 22. Calliam notissimum Hipponici filium hic forsan reponendum esse monuit.

IX. μίλον aliorumque florum meminit in hac fabula Cratinus, secundum Pollucem VI, 19, s. 106. cf. fragm. V. ibique animadversa ad v. 5. s.

X. οἶσθας, nosti. Choeroboscus in Bekkeri Anecd. t. III. p. 1295. de hac forma rariore cf. Photius t. I. p. 323, 18. Buttmann Gramm. gr. ampl. t. I. p. 570. Meineke ad Menandri fr. p. 122.

ΝΕΜΕΣΙΣ.

Nemesis, notiori nomine Leda dicta, a Jove in cygnum converso apud Eurotam compressa fuit, et Hele-

nam cum Polluce peperit. Leda post mortem Nemesis dicta est, ut ait Lactantius de fals. relig. I, 21. sed Pausanias I, 33. Nemesin matrem, Ledam nutricem fuisse tradit. cf. H. Junius Anim. I, 8. Muncker ad Hygin. fab. 77. et ad Astronom. poet. II, 8. Cratinus autem Nemesin in hac fabula eandem cum Leda fecit, ut ex Eratosthene Catasterism. 25. p. 120. patet, ubi auctor hujus rei *Κράτης ὁ ποιήτης* citatur, quod Valckenaer ad Eurip. Phoenist. 447. in *Κρατῖνος* mutandum esse recte vidit. Praecipue huc facit locus Scholiastae Germanici Phaenom. t. II. p. 67. Buhl.: Cygnum dicunt inter astra constitutum, eo quod Jupiter in cygnum transfiguratus evolaverit in *Rhamnunta**) Atticae regionis, ibique compresserit Nemesin, ut refert *Cratinus* comoediarum scriptor, quae enixa est ovum, unde nata est Helena. Vulgo quidem ibi quoque *Crates* legebatur, sed certissime emendandum est, si conferas fragmentum IV. Nemesin iam Stasinus, vel quisquis *τὰ Κύπρια ἔπη* scripsit, memorat apud Athenaeum VIII. p. 334. C. D. cf. Koppiers Obss. c. 10. p. 120. et Heyne ad Apollodor. p. 284 ss. Comici vero saepius hunc mythum in scenam producebant, ut Eubulus *Λάκωσιν ἢ Λήδᾳ*, Sophilus *τυνδάρεῳ ἢ λήδᾳ*. Quare certus sum, Elmsleii ad Med. p. 74. Oxon. emendationem veram esse, qua Dionysii tyranni *Λήδαν* a Stobaeo S. 105, 2. laudatam in *Μήδειαν* mutavit, nam Leda argumentum tragoediae fieri non potuit. Primum autem fragmenta ponam, e quibus fabulae argumentum amplius elucet.

I. Athenaeus IX. p. 373 D:

Ὄρνιθα τοίνυν δεῖ σε γίγνεσθαι μέγαν.

---

*) Sic pro vulgata *ramum* emendant Junius et Muncker ad Hygin. l. l. quod confirmat Eratosthenes. Rhamnunte Nemesi statuam Phidiae opus positam fuisse, praeter Pausaniam, Photius t. II. p. 482, 13 ss. et Zenobius Prov. V, 82 p. 195 narrant. De his omnibus Buhlius ne somniavit quidem.

Haec deorum aliquis, forsan Mercurius, Jovi dicere videtur, qui amore Ledae correptus est.

II. Athenaeus IX. p. 373. E. F.

Λήδα, σὸν ἔργον· δεῖ σ' ὅπως εὐσχημονως
Ἀλεκτρύονος μηδὲν διοίσεις τοὺς τρόπους.
Ἐπὶ τῷδ' ἐπῴζουσ' ὥς ἂν ἐκλέψῃς καλὸν
Ἡμῖν τι καὶ θαυμαστὸν ἐκ τοῦδ' ὄρνεον.

1. *σὸν ἔργον.* sic Aristophanes Av. 866. *ἱερεῦ, σὸν ἔργον.* Nub. 1494. *σὸν ἔργον ὦ δᾶς.* cf. Valckenaer ad Eurip. Phoen. 447. p. 165 s. qui *εὐσχημόνος* coniecit, quod Koppiers Obss. p. 120. et Pierson ad Moerin p. 158. probant. *δεῖ σ' ὅπως διοίσεις.* similiter Sophocles Aïace 557. *δεῖ σ' ὅπως δείξεις*, et Philoctete 54. s. *δεῖ σ' ὅπως ἐκκλέψῃς.* 3. vulgo *ἐπωάζουσαν ὥς ἂν.* unde Casaubonus Anim. IX, 4. *ἐπωάζουσαν ἐκλέπειν*, H. Stephanus Thes. t. IV. p. 775. *ἐπωάζουσαν ἐκλέψαι* coniiciunt. Valckenaerii coniecturam recepi, quam Koppiers et Pierson ll. ll., Barker ad Etymol. M. c. 1095. et nuperrime Dindorf probarunt. Eam tamen non omnino mihi placere fateor, nam tota versuum constructio duri aliquid habet. Ipse conieci in MSto haec verba olim hic scripta fuisse, *ἐπωα-*
ως αν
ζουσαν, ut legendum sit: *Ἐπὶ τῷδ' ἐπωάζ' ὥς ἂν ἐκλέψῃς*, quam emendationem tamen in contextum recipere nondum ausus sum.

III. Pollux X, 49, s. 186.:

Σπάρτην λέγω γε σπάρτιδα τὴν σπάρτινον.

Ad urbem Spartam alludit. *σπάρτις*, adde lexicis.

IV. Stephanus Byzant. v. *ψύρα* p. 765 A. B.:

Ψύρα τε τὴν Σπάρτην ἄγεις.

Psyra insula parva prope Chium inculta. cf. fr. inc. IV. Schol. Homeri Odyss. *γ*, 171. Sensus est: Spartam nihili habes, eam Psyris similem credis.

V. Athenaeus IX. p. 373 C.:

Τἄλλα πάντ' ὀρνίθια.

VI. Athenaeus l. l.:

Ὄρνιθα φοινικόπτερον.

VII. Athenaeus XV. p. 677 F:

Τῷδί κοττάβῳ προθέντας ἐν πατρικοῖσιν νόμοις· τὸ κινέου βάλλειν μὲν ὀξύβαφον· τῷ πόντῳ δὲ βάλλοντι τύχης νέμω τὰ πλεῖστα· τὸ δ' ἄθλον.

In hoc loco corruptissimo ne vestigia quidem metri aut sensus supersunt. *τῷ Διΐ* Casaubonus edidit; *τὸ κενὸν* et *τῷ ποτῷ* coniecit Schweighäuser; aliter Iacobs in Museo attico III, 3. p. 293. Alii aliquid afferant.

VIII. Plutarchus Pericle 3. t. I. p. 592. Reisk.:

Μόλ' ὦ Ζεῦ ξένιε καὶ μακάριε.

Alii *μέγιστε κάριε*, alii *μακροκάρηνε* conjiciunt; sed cum Pericles hic irridatur, aliorum sententia est, vocem *μακάριος* comica licentia pro *μακροκάρηνος* positam esse, quae quidem valde verisimilis videtur. Forsan tamen, ut in *ξένιε* (Iuppiter, hospitibus nam te dare iura loquuntur, ut ait Virgilius Aen. I, 731), ad Iovis cognomen *Κάριος* alludit, qui in Caria, Thessalia et Boeotia colebatur. Photius t. I. p. 132, 8. Herodotus I, 171. V, 66.

IX. Pollux X, 45 s. 177:

Ἐν τῷ κυφῶνι τὸν αὐχένα' ἔχων.

Κύφων, collaria, lignum fuit, quod in carceribus collo sceleratis circumdabatur. cf. Hemsterhuis ad Aristoph. Plut. p. 134. et in Lennep Etymol. L. Gr. p. 467.

X. Scholiastes Theocriti XI, 10:

Ὡς ἐσθίων συνήδομαι τοῖς σιτίοις.
Ἅπαντα δ' εἶναι μοι δοκεῖ ῥοδωνιά,
Καὶ μῆλα, καὶ σέλινα, καὶ σισύμβρια.

1. vulgo *ὥσθ' ἐ. οὖν ἥδ.* pro quo Meursius Biblioth. Att. II. c. 1469 D. *ὡς ἐ. οὖν.* sed Toupium secutus sum, qui haec sic emendat in Notis ad Theocriti Scholiasten t. I. p. 218. Wart. de *συνήδομαι* cf. Porson et Schaefer ad Eurip. Med. 136. p. 26. 2. *μοι* cum Meursio inserui. *ῥοδωνιὰ* rosetum, Harpocration p. 158. Photius t. II. p. 490, 13.: 491, 12. Arcad. p. 99, 13. Thomas Mag. p. 784 ibiq.; intpp. Toupius l. l. sensum obscoenum latere credit, nam et *ῥοδωνιὰ* (Hesych. t. II. c. 1119.) et *σέλινα* (Hesych. t. II. c. 1167. Phot. t. II. p. 500, 3: 506, 4) pro

pudendis ponuntur, sed ille mihi in talibus omnino nimis curiosus videtur.

XI. Chaeridis tibicinis mali meminit. Scholiastes Aristophanis Av. 859. p. 462. Suidas s. v. t. III. p. 661. eundem ut κιθαρῳδὸν pessimum irridet Pherecrates χείρων ἢ ἀγρίοις in colloquio Iustitiae et Musices.

XII. Lamponem vatem, ut adhuc vivum irrisit, Scholiastes Aristophanis Av. 521. p. 443., qui post Aristophanis Aves id fuisse dicit, quod omnino falsum est; quomodo enim, Cratino Olympiade LXXXIX. mortuo, Nemesis post Aves, quae Olymp. XCI, 2. actae sunt, scripta esse potuit? Sed Scholiastes hic ut saepe in temporum ratione fallitur, quod et Meineke Quaest. scen. I. p. 14. animadvertit.

XIII. ἀπόκωμος, saltatio. Athenaeus XIV. p. 629 C.

XIV. Κότταβος, vas in quod τοὺς λατάγας iniiciebant, Athenaeus XV. p. 666 C. Scholiastes Aristophanis Pac. 1243. p. 713.

ΝΟΜΟΙ.

Titulus fabulae et fragmenta quaedam ostendunt, leges Atheniensium, omninoque reipublicae statum perstrictum fuisse, quod multi comicorum veterum fecerunt, e. g. Eupolis δήμοις, ubi plura de hac re aliquando dicemus.

I. Suidas v. ἀλώπηξ t. I. p. 125.:

Ὑμῶν εἷς μὲν ἕκαστος ἀλώπηξ δωροδοκεῖται.

Vulgo οὐ δωροδ. legitur, quod Zenobius, I, 71, p. 22. et Lexicon Seguier. p. 218. Bekk. defendere videntur, sed me illud οὐ optima ratione delevisse credo. Alludit enim ad Solonis elegiarum versum, quem Plutarchus Solone 30 et Diogenes Laert. I. p. 31. servarunt (in Brunck Anal. t. I. p. 71): Ὑμῶν δ' εἷς μὲν ἕκαστος ἀλώπεκος ἴχνεσι βαίνει, Συμπᾶσιν δ' ὑμῖν χαῦνος ἔνεστι νόος. ante ἀλώ-

πηξ particula ὡς ut saepe subaudienda est. cf. Dobree ad Aristophanis Plutum 314.

II. Suidas v. ἀποστοματίζειν t. I. p. 296. Συναγώγη λέξ. χρησ. v. ἀπὸ στόματος p. 436:

Ἀλλὰ, μὰ Δί' οὐκ οἶδ' ἔγωγε γράμματ' οὐδ' ἐπίσταμαι·
Ἀλλ' ἀπὸ γλώττης φράσω σοι, μνημονεύω γὰρ καλῶς.

vulgo in Suida ex editione Küsteriana ἐπίσταμαι αὐτὰ legebatur, sed editiones Suidae veteres τὰ habent, unde τἄλλ' legendum coniici possit. Sed cum in συναγωγῇ illud αὐτὰ desit, quod iam antea Toup Emm. in Suid. P. I. p. 51. delere voluit, eos sequutus sum. Videntur verba hominis indocti, qui legere nescit, attamen memoria quaedam tenet, et hic leges intelligendas esse credam. 2. Καλῶς, omnino, prorsus. Sophocles Oed. R. 1007 καλῶς εἶ δῆλος ubi cf. Schäf. et ad Gregor. Cor. p. 531.

III. Suidas v. χρὴ. t. III. p. 683:

Νῦν γὰρ δὴ σοι πάρα μὴν θεσμοὶ
Τῶν ἡμετέρων· πάρα δ' ἄλλ' ᾧ χρῆς.

2. vulgo ὅ, τι χρῇς, unde Küster ᾧ χρῇς, quod Schneider Lex. Gr. s. v. χρῆμι et Buttmann Gramm. Gr. ampl. t. II. p. 258. probarunt. forsan ὅ, τι χρὴ legendum est.

IV. Polemarchi munus ἀρχὴν Λυκαμβίδα dixit. Hesychius t. II. c. 507. Huc respiciens Photius t. I. p. 234, 4 ait: λύκαμβις ἀρχὴ: (ἡ inser.) τοῦ πολεμάρχου· ψυχρῶς· ἐπεὶ ἐπολέμησεν Ἀρχίλοχος τῷ Λύκαμβει· ἐπὶ δὲ τούτου ἀποστασίου καὶ ἐπικλήρου αἱ δίκαι ὑπήγοντο.

V. Urnam iudicum σχοίνινον ἠθμὸν, colum iunceum, vocavit. Scholiastes Aristophanis Eq. 1147. p. 621. ubi vulgatam χοίνινον ἠθμὸν correxit Casaubonus Anim. ad Athen. X, 18. Confirmat Hesychius t. II. c. 1333. σχοίνινος ἠθμὸς, δι' οὗ τὰς ψήφους οἱ δικασταὶ εἰς τὰς ὑδρείας καθιᾶσιν.

VI. Photius v. ὀσταφίδα t. I. p. 353, 8.:

Ὁ δὲ Ζεὺς ὀσταφίσιν ὕσει τάχα.

ὀσταφὶς pro σταφὶς. sic etiam Plato Legibus VIII. p. 845 B. Ζεὺς ut Latinorum Iuppiter pro aere hic ponitur, cf.

Valckenaer ad Herod. II, 13. Lambin. ad Horat. C. I, 1, 25. Barth ad Claudian. Cons. Prob. 37. p. 16.

VII. Photius v. *παλαστὴ* t. II. p. 371, 23.:

Μεῖζον τὸ δέος παλαιστῆς.

Sic ipse Porsonus in Photio edidit, in quo aliis in locis semper *παλαστὴ* legitur. cf. intpp. ad Thom. M. p. 674. et ad Phrynich. p. 295.

VIII. Pollux VI, 10 s. 68:

Τυρῷ καὶ μίνθῃ παραλεξάμενος καὶ ἐλαίῳ.

μίνθη menthe, quam antea filiam et pellicem Plutonis fuisse dicunt, a Proserpina ideo in herbam mutatam. Ovid. Metam. X, 728 ss. Plin. H. N. XIX, 8. Lactant. Plac. Fab. Ovid. X, 13. ubi cf. Muncker. Photius t. I. p. 270 s. cf. de *μίνθη* et altera voce *ἡδύοσμον* Thomas Mag. p. 617 ibiq; intpp. et ad Scholiast. Aristoph. Plut. 313.

IX. Athenaeus XI. p. 502 B.:

Χρυσίδι σπένδων γέγραφε τοῖς ὄφεσι πιεῖν διδοὺς.

In hoc loco corruptissimo omnes interpretes de *γέγραφε* tacent; pro *ὄφεσι* Dalechamp *ὀφειλοῦσι*, et Casaubonus Anim. XI, 14. *σοφοῖς* coniiciunt; sed incertissima est restitutio versus. Caeterum eundem locum supra citat Athenaeus p. 496 E. ubi legitur: *ῥυσίς, φιαλῆ χρυσῇ, Θεόδωρος, Κρατῖνος νόμοις, ῥυσίδι σπένδων.* Ipse Athenaeus a Theodoro in errorem inductus fuit, ut Hesychius quoque t. II. c. 1127.; recte Pierson ad Moerin p. 412. animadvertit, *ῥυσὶς* nihil nisi corruptam vocem *χρυσὶς* esse, cui Schweighäuser Anim. t. VI. p. 265. adsentitur, vulgatam (ut videtur), defendente Schneidero Lex. Gr. s. v. Totum autem hunc locum glossam serius in Athenaeum receptam crediderim, non autem cum Piersono l. l. *ῥυσίδι* in *χρυσίδι* mutare velim.

X. Athenaeus XIV. p. 646 E.:

Καὶ δρόσον βάλλων ἔωθεν χλίαρος ταγηνίας.

ταγηνίας placenta est oleo frixa. Photius t. II. p. 564, 14.

XI. *Συναγώγη λέξ. χρησ.* v. *ἄκασκα* p. 371. Eustathius ad Il. H. p. 668, 29.:

Ἢ πρεσβῦται πάνυ γηραλέοι σκήπτροισιν ἄκασκα προβῶντες.

Eustathius corrupte ἀκασκᾶ προβιβῶντα habet, cf. Blomfield Glossar. in Aeschyli Agam. p. 169. Cant. ἄκασκα, ἡσύχως, βραδέως, μαλακῶς. Hesychius t. I. c. 185. hac voce utitur quoque Aeschylus Agamemn. 750. (718 Blomf.)

XII. Συναγώγη λέξ. χρησ. v. ἀπερρήσεις p. 422.:

Οὐκ ἀπερρήσεις σὺ θᾶττον; ἀποτιλῶ σε τήμερον.

Vulgatum ἀποτιλῶσαι emendarunt Porson Advv. p. 39. et Blomfield Glossar. in Aeschyli Pers. p. 167. Lips. Sunt verba hominis ad gallum, vel ad alium gallo comparatum: nonne ocius te hinc removebis? hodie te vulsum reddam.

XIII. Chordas lyrae νεάτην, παρανεάτην et τρισνεάτην dixit. Photius t. I. p. 291, 15. ultima vox lexicis addenda est. cf. Valckenaer ad Schol. Eurip. Phoen. p. 730. et intpp. ad Thom. M. p. 627.

ΟΔΥΣΣΕΙΣ.

Haec fabula Ulyssis historiam apud Cyclopas, et Homeri Ὀδυσσείας librum nonum perstrinxit, auctore Platonio π. διαφορ. κωμῳδ. t. I. p. 34. Beck; eodem igitur argumento cum Euripidis Cyclope. Multi autem comicorum graecorum hanc historiam comoediis descripserunt, ut Epicharmus, Aristias, Theopompus, Antiphanes Κύκλωπι, Anaxandrides, et Eubulus ὀδυσσεῖ vel ὀδυσσεῦσιν. Falso vero Platonius p. 35. dicit, hanc fabulam mediae esse adscribendam comoediae; nam Cratinus ante eius ortum mortuus est, et Chorus, qui certe in hoc dramate prodiit, ut e versu 19, et sequentibus apparet, omnino demonstrat, fabulam τῆς ἀρχαίας fuisse; quod iam clariss. Schlegel in scholis de arte dramatica t. I. p. 328. animadvertit. Totum autem fabulae nexum restituere volui, comparato Homero et Euripide ob argumentum.

Ulysses sedes Lotophagorum fugiens mari versatur, et nubes coelum obscurantes omnia incerta reddunt, (cf. Homer. Odyss. I, 142 ss.) tum sic infit, fabulam incipiens:

Τίνες αὖ πόντον κατέχουσ' αὖραι; νέφος οὐρανίον τόδ' ὁρῶμαι.

Locum servavit Hephaestion p. 46. e quo discimus, eum primum totius fabulae versum fuisse. Is postea socios adhortatus fuisse videtur, ut navem caute agerent,

Ὡς ἂν μᾶλλον τοῖς πηδαλίοις ἡ ναῦς ἡμῶν πειθαρχῇ.

versu apud Hephaestionem l. l. asservato. Tandem ad Cyclopum insulam devenit, ubi per totum diem una cum sociis epulatur, cf. Homer. Od. I, 161 ss. altero autem die ad speluncam progreditur Cyclopis, quem *μονόμματον* vocavit, auctore Phrynicho Ecl. Att. p. 136., ubi tamen Lobeck in notis criticis totum locum spurium credit. (Euripides Cycl. 21. eundem *μονῶπα* dixit.) Cyclops, cuius voracitas ab Homero et Euripide describitur, coenam instruere vult, et praeter (Athenaeus VII. p. 315 C.:)

Τέμαχος ὀρφὼ χλιαρὸν,

atque (apud eundem XIV. p. 657 A.)

Δέλφακας μέγαλους,

eos ipsos comedere se dixit, verbis sequentibus:

Ἥσθε πανημέριοι χορταζόμενοι γάλα λευκὸν, 5
Ἀνθ' ὧν πάντας ἑλὼν ὑμᾶς ἐρίηρας ἑταίρους
Φρύξας ἑψήσας κἀπανθρακίσας ὀπτήσας,
Εἰς ἅλμην τε καὶ ὀξάλμην κἄτ' ἐς σκοροδάλμην
Χλιαρὸν ἐμβάπτων, ὅς ἂν ὀπτότατός μοι ἁπάντων
Ὑμῶν φαίνηται, κατατρώξομαι, ὦ στρατιῶται. 10

Sic hos versus coniunxi, quorum priorem Athenaeus III. p. 99. F. et Priscianus XVIII. p. 1214, 24. servarunt; ubi vulgo *ἧσθε*, quare Casaubonus Animadv. III, 20. *πανημέριος χορταζόμενος* coniecit, sed recte post Dalecampium *ἧσθε* Porsonus Advv. p. 61. et Gaisford ad Hephaest. p. 272. legendum viderant, quibus Dindorfius nuperrime consentit. V. 6 — 10 laudat Athenaeus IX. p. 385. C. D. et sine versu sexto Pollux VI, 10. s. 69. in v. 6.

ἐρίηρες ἑταῖροι est locutio Homerica, e. g. Il. Γ, 47. 378. Δ, 266. 7. κἄπ' ἀνθρακιᾶς non ineleganter coniecit Porson in Tracts and miscellaneous criticisms p. 235. ed. Kidd, quocum postea κᾷτ' ἐς pro κᾷτα reposui. 9. ὅς ἄν, scilicet τοῦτον, quam loquendi formam Schäfer ad Brunckii poetas gnomicos p. 203 illustrat. Praeterea versum incerti comici, a Scholiasta Aristophanis Vesp. 708. p. 878. allatum, πυὸν (vel ut Dindorfius mavult πῦον) δαινύμενοι κἀμπιμπλαμένοι πυριάτην (aut ut Porsonus πυριάτῃ), Porsonus l. l. hic post versum quintum inserendum credit, cuius coniecturam Dindorfius non improbabilem dicit; de hoc vero nihil certi dici posse quivis videbit. Similis autem Cyclopis gloriatio apud Euripidem Cycl. 340 ss. occurrit, et coena talis instruebatur in Antiphanis Cyclope, cuius fragmenta ab Athenaeo VII. p. 295 E. F. et IX. p. 402. E. F. laudata in unum coniungenda esse certus sum.

Huic Cyclopi Ulysses etiam de vino narrat, ut eum post sociorum caedem inebriatum oculo privet, dicitque:

Νεοχμὸν τι παρῆχθαι ἄθυρμα.

Fragmentum citat Suidas s. v. t. I. p. 75., in quo τι cum Elmsleio ad Euripidis Med. p. 268. not. Oxon. inserui; vinum autem innuit, quod *novum oblectamentum* vocat, sic Euripides Cycl. 139 ss. Cyclops vini optimi ardore illectus illud poposcisse, et cum Ulysses initio negasset, eum incusasse videtur, eiusque haec verba ab Etymologo M. c. 367, 21. servata credam, ubi vulgo Κράτης ὀδυσσεῦσιν legitur:

Οὐκ ἰδίᾳ τάδ' οὐκ· ἔτον τοι τἀπὶ Χαριξένης.

Non haec tibi reserva, nolo, nam sub Charixena vivitur. vulgatam ἴδια recte Sylburgius correxit, sed de voce ἔτον nihil certi afferre possum; interpunctionem tantum meliorem feci. Charixena autem fuit mulier omnibus sese dans, ut constat ex Aristophane Eccles. 980, ubi cf. Scholia p. 942. Hesychius s. v. t. I. c. 1400, et Eustathius ad Homeri Il. B. p. 326. (p. 247.).

Nunc tandem Ulysses vinum dat, ita Cyclopem allocutus, apud Athenaeum X. p. 446 B.:

Τῇ νῦν τόδε πῖθι λαβὼν ἤδη, καὶ τοὔνομα μ' εὐθὺς ἐρώτα.

Schweighäuser *νῦν* delens, *τῇ τόδε Πῖθι κτλ.* edidit, sed Casauboni iam editio metrum recte habet constitutum, sic etiam Iacobs Addit. in Athen. p. 239. et nuper Dindorfius edidit. *τῇ* pro accipe ponitur, Hesychius t. II. c. 1378. Etymol. M. c. 163, 51. Similia Ulysses apud Homerum Od. I, 347. 355. et Euripidem Cycl. 413. loquitur. Cyclops loto coronatus, qui *στεφάνωμα* vocabatur, secundum Athenaeum XV. p. 677 F., (cf. Euripides Cycl. 517 s.), summa cum voluptate se inebriat, et Ulyssi dicit:

Οὔπω 'πίον τοσοῦτον οὐδὲ πίομαι
Μάρωνα. 15

Hoc fragmentum a Polluce VI, 3. s. 26. sine fabulae nomine laudatum huc referre non dubitavi, nam vino Maroneo Cyclopem se ingurgitasse ex Homero patet, apud quem Od. I, 359 Polyphemus vinum illud *νέκταρος καὶ ἀμβροσίης ἀποῤῥῶγα* dicit, sic et Euripides Cycl. 141. 412. cf. de hoc vino Homerus Odyss. I, 196 ss. Plinius XIV, 4. Tibullus IV, 1, 57. ibiq; Brouckhus. p. 358 s. Scholia Aristoph. Eq. 107. p. 523 s. et Is. Vossius ad Melam II, 2. Vinositas Polyphemi in Epicharmi (Athenaeus XI. p. 498 E.) et Aristiae (Suidas t. I. p. 302) Cyclope etiam describebatur.

Cyclopi inebriato Ulysses narrasse videtur, se Troiam cum ceteris Achivis expugnasse, ut in Homero et Euripide facit; Cyclops autem eum de Ulysse interrogavit, forsan vaticinii memor, quod eum ab illo excoecatum iri praedixerat; is igitur dixit:

Ποῦ πότ' εἶδες μοι τὸν ἄνδρα παῖδα λαέρτα φίλον;

cui Ulysses se ipsum non nominans respondit:

Ἐν Πάρῳ σικυὸν μέγιστον σπερματίαν ὠνούμενον.

Sic enim hos duo versus, apud Athenaeum II. p. 68 C. asservatos, constitui, et emendavi. vulgo enim *πώποτ'* et *καὶ λαέρτα* legebatur; pro quo Casaubonus Anim. II, 27.

πάποτ' ἐ. εἰπέ μ. Τ. ἀ. παῖ λ. φίλος; Ἐν Π. σ. μ. σπ. ὢν., Schweighäuser Anim. t. I. p. 458. παῖ λαέρτου τὸν φίλον, et Jacobs Addit. in Athen. p. 53. s. ἤ ποτ' — παῖ λαερτίου coniecerunt. Sed Λαέρτης vocalem α in prima syllaba longam habet, ut iam ex Homero cuique notum esse debet, et sic Euripides Ἰφιγ. ἐν Αὐλ. 204. Λαέρτα τόκον, quare mihi ποῦ ποτε et παῖδα λαέρτα recte restituisse videor. σικυὸς σπερματίας est πέπων, eine Pfebe; cf. Phrynichus Ecl. Att. p. 258. Προπαρ. σοφιστ. p. 63.; hunc autem Cratini locum Photium t. II. p. 530, 11. respexisse credo, qui ait: σπερματίαν, τὸν εἰς σπέρμα παρειμένον, Κρατῖνος. Post hoc Polyphemi cum Ulysse colloquium ipse in speluncam rediens, somno se dedit.

Socios interea suos Ulysses convocat ad consilium de fuga capiendum, qui metu perterriti se occultaverant; de his Ulysses mihi dixisse videtur, (cf. Eurip. Cycl. 407 s.),

Οἱ δ' ἀλυσκάζουσιν ἐπὶ ταῖς κλίνεσιν,

quod fragmentum Pollux X, 7 s. 33. attulit. Tandem Cyclopem excoecare decernunt, idque perficiunt. Polyphemus expergefactus clamores tollit, et Ulyssen cum sociis navi avectum frustra minis territat. Sub finem autem fabulae Cyclopi ignaro chorus sociorum qui sint indicat, versibus a Scholiasta Aristophanis Plut. 598. p. 90. et Hephaestione p. 47. laudatis.

Σιγάν νυν ἅπας ἔχε, σιγάν,
Καὶ πάντα λόγον ταχὺ πεύσει· 20
Ἡμῖν Ἰθάκη πατρίς ἐστι,
Πλέομεν δ' ἅμ' Ὀδυσσέϊ θείῳ.

in v. 19. lectionem Scholiastae νῦν, ab Hemsterhusio leviter correctam, alterae μὲν praetuli, et in v. 20. δ' delevi, quod iam Pauwio in mentem venerat, et omnino hic inutile est*). Haec habui quae de hac Cratini fabula dicerem.

*) Sic etiam Bentleius epistola ad Küsterum p. 606. Dind.

ΠΑΝΟΠΤΑΙ.

Hac fabula Hipponem philosophum irrisit, auctore Scholiasta Aristophanis Nub. 96. p. 183., ubi vulgo *Κράτης*, quod Kanngiesserum de scena com. Athen. p. 461. in errorem induxit. Is aerem *πνιγέα* vocavit, et *τὸν ἥττω καὶ τὸν κρείττω λόγον* docuit, vel, ut Ciceronis verbis in Bruto VIII, 30. utar, quemadmodum causa inferior dicendo fieri superior possit. cf. Perizon. ad Aeliani V. H. II, 13. Ex hoc autem apparet, hunc Hipponem diversum fuisse ab altero Rhegino Pythagoreo, qui aerem *τὸ ὑγρὸν* dixit, ut ex Alexandro Aphrodisiensi in Aristotelis metaph. I, 3. p. 12 b. patet.

I. Photius v. *παιδικὰ* t. II. p. 369, 10. Suidas s. v. t. III. p. 66 s. Scholiastes Aristophanis Vesp. 1021. p. 897.:

Μισεῖς γὰρ τὴν γυναῖκα, πρὸς παιδικὰ δὲ τρέπει νῦν. In hoc versu constituendo plurimum elaborarunt viri docti, qui tamen omnes nihil certi afferunt. *τὰς γυναῖκας* et *τρέπῃ* Photius cum Suida. *τὰν γυναῖκα — τρέπεις* Scholiastes. Meursius Biblioth. Att. II. c. 1470 E. M. *Γὰρ τὰν γ. πρὸς δὲ π. νοῦν τρέπεις;* cuius *νοῦν* etiam Bentleius probavit. Toup ad Scholiast. Theocr. t. I. p. 218. Wart. M. *γυν. πρὸς τὰ π. δὲ τρέπῃ.* Porson apud Dobree ad Aristoph. Av. 718. *πάνυ Μισ. γυναῖκα, π. δὲ π. νῦν τρέπει.* Blomfield in Museo crit. Cantabr. P. II. p. 143. *Μισεῖ γ. πάνυ τὰς γε γ. πρὸς π. δὲ τρέπεται νῦν.* Iacobs ad Anthol. Palat. p. 666. *Μ. γὰρ τὰς γε γ. Π. π. δ' αὖτε τρέπεις τὸν νοῦν.* Caetera lege apud Dindorf. ad Aristoph. Schol. p. 552. Metrum huius versus difficulter restitui posse credo.

II. Scholiastes Homeri Il. I, 77. p. 214 b. Vill. Eustathius ad Homer. Il. I. p. 737, 4. (p. 681.):

Γέγηθα τὸν ἄνδρα.

Sic Homerus Il. I, 77. *τίς ἄν τάδε γηθήσειε* dixit; ubi Scholiastae recte nihil deesse monent, quamquam *διὰ*

inseri velit L. Bos. Ell. L. Gr. p. 676. Plura de hac locutione interpretes ad Euripidis Hippolytum 1339 habent. Aeschyleum e Prometh. 1018. *Κλύω σε μεμηνότα νόσον*, quod Blomfield ad eum p. 67. Lips. confert, mihi ob participium adiunctum omnino diversum videtur.

III. Hephaestion p. 14. Choeroboscus in Bekkeri Anecdotis t. III. p. 1176., ubi corrupte editur, cf. Meineke quaest. scen. I. p. 23 s.:

Ἀλλοτριόγνωμοις ἐπιλήσμοσι μνημονικοῖσι.

De toto huius versus sensu dubii aliquid restat.

IV. Hephaestion p. 18.:

Κρανιὰ δισσὰ φορεῖν, ὀφθαλμοὶ δ' οὐκ ἀριθματοί.

Ex hoc loco apparet, cur fabula *πανόπται* inscripta fuerit; et omnino Sophistas intellexisse Cratinum credam, ita ut simile argumentum cum nubibus Aristophanis tractaverit.

V. *Κηκειδίου* veteris dithyrambographi Atheniensis mentionem fecit. Scholiastes Aristophanis Nub. 981. p. 278. Suidas s. v. t. II. p. 307. In Photio t. I. p. 160, 19 pro *Κηδίδης* legendum *Κηκείδιος, διθυραμβοποιήτης ἀρχαῖος.*

VI. *διὰ πάντων, ἀγὼν λέγεται ὁ ἐσχάτος.* Antiatt. p. 91.

VII. *σκευωρὸς* pro *σκευοφύλαξ.* Pollux X, 1, 16.

ΠΛΟΥΤΟΙ.

Tempus aureum haec forsan comoedia delineavit, quod a pluribus comicis, ut a Nicostrato *πλούτῳ*, factum fuit. Pluralem huius fabulae titulum illustrat Schaefer ad Dionys. Halic. *π. συνθ. ὀνομ.* 23. p. 364. et ad Gregor. Cor. p. 275 s.

I. Stobaeus S. 103, 11. (p. 424. Grot.)

Αὐτομάτα τοῖσι θεὸς ἀνίει τἀγαθά.

vulgo *ἀνοίγει*, Tonp. cur. noviss. in Suid. p. 190. *τοῖς θεοῖς ἀνεῖται*, sed sic Gaisford ex Ms. ut Aristophanes

Ran. 1462. *ἀλλ' ἐνθένδ' ἀνίει τἀγαθὰ.* cf. Diogenian. Prov. III, 15. p. 199.

II. Athenaeus III. p. 94 E.

Περὶ σιαγόνος βοείας μαχόμενος.

III. Athenaeus IV. p. 138 E.

Ἆρ' ἀληθῶς τοῖς ξένοισιν ἐστιν, ὡς λέγουσ', ἐκεῖ
Πᾶσι τοῖς ἐλθοῦσιν ἐν τῇ κοπίδι θοινᾶσθαι καλῶς;
Ἐν δὲ ταῖς λέσχαισι φύσκαι προσπεπατταλευμέναι
Κατακρέμανται, τοῖσι πρεσβύταισιν ἀποδάκνειν ὀδαξ.

2. *Κόπις*, coena Lacedaemoniorum erat, in qua exhibebantur mazae, panes, carnes, olera cruda, iusculum, fici et pro bellariis lupini; eius mentionem facit Eupolis *εἴλωσιν· καὶ γένηται τοῖσι σάμερον κόπις.* cf. Athenaeus IV. p. 138. D—140 B. et Potter Archaeol. gr. t. I. p. 395. 409. 3. *φ. προσπ.* citat Eustathius ad Homer. Il. I. p. 759.

IV. Athenaeus VI. p. 267. E.:

Οἷς δὴ βασιλεὺς Κρόνος ἦν τὸ παλαιὸν
Ὅτε τοῖς ἄρτοις ἠστραγάλιζον, μᾶζαι δ' ἐν ταῖσι παλαίστραις
Αἰγιναῖαι κατεβέβληντο δρυπεπεῖς, ὀβολοῖς τε κομῶσαι.

3. *δρυπεπεῖς* deciduae ab arboribus ut maturae. cf. Pierson ad Moerin p. 121. vulgo *βώλοις*. Heringa Obss. 21. p. 175. *κολίοις* quod Pierson l. l. probavit, sed elegantissima est emendatio Toupii epist. crit. p. 106 s., qui poetam ad obolos crassos Aeginetarum respicere putat.

V. Athenaeus VII. p. 303. D. E.:

Ἐγὼ γὰρ εἰμὶ θύννις ἢ μελαίνας ἢ
Καὶ θύννος, ὀρφὼς γλαῦκος ἔγχελυς κύων.

1. *μελαίνις* piscis genus, deest lexicis. 2. Hunc versum etiam p. 299. B. Athenaeus affert. *θύννις* et *θύννος* non solum genere inter se differunt, cf. Boettiger Amalth. t. II. p. 305. not.; de modo eos capiendi cf. Blomfield Glossario in Aeschyli Persas p. 142 s. Lips.

VI. Scholiastes Aristophanis Lysistr. 1245. p. 751. et in Dindorfii praefatione ad notas in Scholiasten p. V.:

Ἄρξει γὰρ αὐτὸς διποδίας καλῶς·

vulgatam *ἄρξη γ. αὐτοὺς διποδία κ.* emendavi. *διποδία*

saltationis erat genus, cf. Suidas t. I. p. 608. Pollux IV, 14. s. 101.

VII. Priscianus XVIII. c. 1169, 13:

Μὴ ξυντυχίαισι βαρυνόμενοι.

vulgo *ξυντυχίᾳ*, quod emendavi, cum saepissime numeri nominum permutari soleant, cf. Porson ad Eurip. Med. 34. aliter Dobree ad Aristoph. Av. 1238, qui *τῇ' μῇ ξυντυχίᾳ β.* coniecit.

VIII. *ἀναπηρία*, mutilatio. Pollux II, 4. s. 61. sed Pollucem errasse, et variam lectionem ex Aristophanis Pluto v. 115 esse credit Brunck ad eum, cf. Dobree in Arist. l. l.

IX. *ἀνανεοῦσθαι*. Suidas t. I. p. 172, ubi vulgo *Θουκυδίδης, Πλούταρχος, Κρατῖνος*, legitur. tres Msti *Θουκ. Πλούτ. Κρατίνῳ*, unde Valckenaer Diatr. Eurip. p. 214 C. *πλούτοις Κρατῖνος* emendat, exempla adiiciens, quae fabularum nomina ante scriptores earum posita demonstrant. Sic etiam Pierson ad Moerin p. 17, qui Plutarchum nunquam a veteribus magistris laudari monet. Eadem lectionis varietas apud Suidam v. *ἦν δ' ἐγὼ* t. II. p. 62. occurrit, ubi pro *Πλούταρχος, Ἀριστοφάνης*, Ms. *Ἀριστοφάνης πλούτῳ* praebet, cf. Dobree ad Aristoph. Plut. 1.

ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΟΙ.

Diogenes Laertius VIII, 37. p. 519. et Suidas s. v. t. II. p. 645. Xenophanem Pythagoreum hac fabula irrisum fuisse docent; hic tamen philosophus, quamquam Pythagorae seni aequalis, novam sectam Eleaticorum constituit, et primus laqueos sophisticos invenit. Meineke Quaest. scen. I. p. 24. hanc comoediam Cratino iuniori adscribere vult, cum nemo comicorum veterum, ut recte adiicit, Pythagoreos in scena perstrinxerit; cuius sententiam amplectari non dubito, titulo praesertim fabulae motus. Obiter notandum, Thomam Mag. p. 766. sine

iure formam πυθαγόρειος praeferre, cum sic praeter nostrum etiam Antiphanes apud Athenaeum IV. p. 161 A. dixerit, cf. intpp. ad Thom. M. l. l.

ΠΥΛΑΙΑ.

Pylaea concilium Amphictyonum (Pylagorum) erat quod bis quoque anno Delphis et Thermopylis convocabatur. Chronicon Parium lin. IX. Herodotus VII, 200. ubi cf. intpp., et 213. Strabo IX. t. III. p. 566. 572. Tzsch. Photius s. v. t. II. p. 474, 10 ss. 19 ss. Harpocration p. 261. cuius scribas ἱερομνήμονας vocatos fuisse Photius t. I. p. 108, 10 auctor est. Serioribus quoque temporibus concilium illud congregatum fuit, ut e Livio 31, 32 et 33, 35 patet. Cf. F. W. Tittmann in libro de foedere Amphictyonum p. 91. not. Cratinus autem sine dubio haec irrisit, et Alexis quoque fabulam πυλαῖαι inscriptam docuit, quam Athenaeus VI. p. 225 s. laudat.

I. Photius v. τὸ παρὸν εὖ ποτεῖν t. II. p. 595, 14. Suidas. v. ead. t. III. p. 487:

Σοφοὺς γὰρ ἄνδρας
Χρὴ τὸ παρὸν πρᾶγμα καλῶς εἰς δύναμιν τίθεσθαι.

Πρᾶγμ' ὡς κ. Suidas, sed ὡς Photius omisit, in quo ἄνδρας quoque deest; ipse elegantem Meinekii cur. crit. p. 73 s. coniecturam secutus sum. Grotius in Excc. p. 491, Gataker ad Antonin. VI, 1, p. 171 B. Iacobs ad Anthol. Gr. t. I. p. 1. p. 293. legunt: Ἄνδρας σοφοὺς χρὴ, τὸ γε π. πρᾶγμ', ὡς κ. εἰς δ. εὖ τ. Hemsterhuis in Luciani Necyom. 21. Ἄ. σ. δὲ (s. γε) χρὴ τὸ π. π. ὡς κ. ἐς δ. εὖ θέσθαι, contra metri rationes. Toup. Emm. in Suid. P. III. p. 487. Ἄνδρας σ. Ἔχρη τὸ π. π. εἰς δ. θέσθαι κ. sed cum Photius ὡς omiserit, facillima sine dubio est Meinekii ratio.

II. Suidas v. ἀμύνασθαι t. I. p. 146:

Αὐτοὺς ἐπαίδευσεν, ἔθρεψε τε δημοσίοις χρήμασιν εἰς ἥβην, ἵνα οἱ ποτε λοιγὸν ἀμύναιντο.

Metrum videtur epicum, cui restituendo verba ἐπαίδευσεν et ἀμύναιντο obsistunt, quare ut erat reliqui.

III. Scholiastes Aristophanis Av. 121. p. 417. Suidas v. εὔερον t. I. p. 887:

Γλῶσσαν εὐέρων βοτῶν.

Suidas corrupte γλ. εὐέραν βοτῶν. De voce εὔερος plura Schaefer ad Soph. Oed. Col. 677. et Lobeck ad Phryn. p. 146 s. habent.

IV. Scholiastes Platonis ad Lysin p. 320 Bekk.:

Ἢι Διονυσίοις ἀκύλοις παίζουσιν ἀνέμενοι τρόπα.

Ms. A. Διονύσοις ἀκοίλοις παίζουσ'. τρόπα est ludus cum e longinquo in fossam coniiciuntur tali, quod τρύπα vocavit Eustathius ad Odysseam. Totum versum menda quadam laborare credam.

V. Scholiastes Platonis ad Sympos. p. 373. (p. 44 Rhk.):

Οἶδ' αὖθ' ἡμεῖς, ὡς ὁ παλαιὸς
Λόγος, αὐτομάτους ἀγαθοὺς ἱέναι
Κομψῶν ἐπὶ δαῖτα θεατῶν.

Aliter hos versus distribui voluit Meineke ad Menandr. p. 236. ὡς ὁ παλαιὸς λόγος. Vetus proverbium, quod ex Homero Il. B, 408. αὐτόματος δὲ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος originem traxit, ut e Luciano Sympos. 12. t. IX. p. 54. Bip. apparet, qui ait: ἐπεισέπαισεν (sic legendum e Ms. Vaticano apud Bast ad Gregor. Cor. p. 403 not.) ὁ κυνικὸς Ἀλκιδάμας ἄκλητος, ἐκεῖνο τὸ κοινὸν ἐπιχαριεν-σάμενος, τὸν Μενέλαον αὐτόματον ἥκοντα. cf. Zenobius Prov. II, 19. p. 32. Hos vero versus Chorus loqui videtur, quod e voce ἡμεῖς iam apparere credo, isque forsitan e parasitis constitit.

VI. Pisian ut malae famae hominem notavit. Scholiastes Aristoph. Av. 767. p. 455.

VII. ἐξ ζυγὰ τοῦ χόρου fuisse dixit, Scholiastes Aristoph. Pac. 733. p. 680. cf. Photius t. II. p. 604, 19 ss. qui de choro comico non loquitur, et Pollux IV, 15 s. 109.

VIII. αὐτὸ δείξει, proverbium. Scholiastes Platon. p. 393. (p. 133 Rhk.) sic Aristaenetus I, 4. ubi cf. Mercer. et Suidas t. I. p. 368. similiter αὐτὸ σημανεῖ Euripides Phoen. 606. ibique Valcken. p. 237.

IX. *Γοργῶπις*. Palus apud Corinthum. Hesychius t. I. c. 852. prope Isthmum Corinthiacum, quae antea *ἐσχατιῶτις* dicta, ob Gorgen mortem in ea invenientem nomen mutavit, auctore Etymologo M. c. 384, 32.; mentionem eius facit Aeschylus Agam. 312. (293 Blomf.)

X. *Ζωπύρου τάλαντα*. proverbium a Zopyro Babylonis expugnatore callidissimo desumtum, cuius sensus obscurior est. Photius t. I. p. 56, 10. Hesychius t. I. c. 1593. cf. Zenobius Prov. IV, 9. p. 82.

XI. *Κορωνιδεὺς*, parva cornix. Antiatticista p. 105.

XII. *προτελίζεσθαι*, ad mysterii initiationem (*πρὸ τῶν τελετῶν*) lustrari. Maximus Schol. in Dionysii Areopagitae epist. VIII. t. II. p. 128. (ed. Corder. 1634.) Hanc huius vocis significationem lexicographi non curarunt.

ΠΥΤΙΝΗ.

Aristophanes saepissime vinositatem et mollitiem Cratini irriserat, ita ut ille tandem coactus fuerit, se ipsum defendere, idque in fabula *πυτίνη* inscripta fecit, (*πυτίνη* enim est *πλεκτὴ λάγυνος* Photius t. II. p. 478, 2. apud quem t. II. p. 431, 12. corrupta vox *πιτυάνη* exstat), quam non multo ante mortem, nonaginta annos natus, docuit. Id certum est, si conferatur Argumentum nubium Aristophanis, e quo apparet, hanc comoediam Olymp. 89, 1. archonte Isarcho *ἐν ἄστει* actam fuisse, eumque Aristophanem *νεφέλαις πρώταις*, (cf. Elmsley in Class. Journ. XI. p. 135.) et Amipsiam *Κόννῳ* vicisse, cum Luciano Macrob. 25. t. VIII. p. 129. Bip., qui hanc ultimam poetae fabulam dicit.

Argumentum fabulae Plutarchus Sympos. II, 1. t. VIII. p. 513. Reisk. (t. III. p. 2. p. 570 Wytt.) respicit, cum loquitur: *Καὶ τῶν κωμικῶν ἔνιοι τὴν πικρίαν ἀφαιρεῖν δοκοῦσι τῷ σκώπτειν ἑαυτοὺς· ὡς Ἀριστοφάνης εἰς τὴν φαλακρότητα, καὶ τὴν οἴνου δίψην Κρατῖνος δὲ τὴν πυτίνην*

ἐδίδαξεν. Haec lectio vulgata corruptela laborat, et Aldina cum Basileensi habet τὴν Ἀγάθωνος λίψιν, vel δίψην, unde Wyttenbachius in adnotatione coniecit, καὶ Ἀγάθων τὴν θρύψιν. Sed haec coniectura dupliciter mendosa est, primum enim Agathon ut poeta tragicus neque seipsum irridere, neque a Plutarcho inter comicos recenseri potuit; tum totus Plutarchi locus omnino non cohaeret. Mihi quidem nomen fabulae, qua Aristophanes calvitiem suam ipse perstrinxerat, excidisse videtur, et (deleta particula δὲ ante τὴν) aliquid de πυτίνῃ dictum fuisse, ita ut loco huic lacunam inesse certissime credam, cui coniecturis medelam afferre velle vanum foret.

Totam autem comoediae oeconomiam Scholiastes Aristophanis Eq. 399. p. 560. s. et Suidas v. Κώδιον t. II. p. 360. servarunt, elegantissimaque fuisse videtur. Comoediam enim Cratinus uxorem suam finxit, quae marito irata divortium petit, eumque κακώσεως accusare vult. Amici poetae eam rogant, ne quid temere et inconsulto agat, et in caussas inimicitiae inquirunt. Illa obiicit, Cratinum nihil nec agere nec docere, sed totum se otio et ebrietati dare. Tunc de Cratino in meliorem viam reducendo inter se deliberant eius amici, et eum tandem persuasione sua ad poenitentiam commovent. Ipse errorem suum fatetur (cf. Scholiastes Aristoph. Pac. 701. p. 678), et nunc magna loquutus, et fluminis instar ruens se contra Aristophanem defendit, et eum ipsum ob furta accusans se nondum omnino conticuisse ostendit. Scholiastes quidem, et ex eo Suidas, non totum fabulae argumentum narrant, sed e fragmentis ipsis caetera facile elicias, ideoque primo loco ea ponam, quae ad haec maplius illustranda pertinent.

I. Scholiastes Aristophanis Eq. 399. p. 550. s.:

Ἀλλ' ἐπανατρέψαι βούλομαι πρὸς τὸν λόγον
Πρότερον· ἐκεῖνος πρὸς ἑτέραν γυναῖκ' ἔχων
Τὸν νοῦν, κακὰς εἴποι πρὸς ἑτέραν, ἀλλ' ἅμα
Μὲν τὸ γῆρας, ἅμα δὲ μοι οὐδέποτ' αὐτοῦ πρότερον.

Verba sunt Comoediae, ut refert Scholiastes, quae de Cratino conqueritur. 1. vulgatam ἐπαναστρέψαι recte mutavit Meineke Quaest. scen. I. p. 18. ita ut verbum ἐπανατρέπω ex hoc Cratini loco defendi possit. Postea vulgo βούλομαι εἰς legebatur, quod Bentleius in βούλ. γ' εἰς, Meineke l. l. in βουλόμεσθ' εἰς mutarunt; mihi facillima videbatur coniectura πρὸς pro εἰς, quae verba saepe confunduntur, ut in Euripide Orest. 441. Pors. Med. 1044. Elmsl. 3. Κακῶς Bentley coniecit. quae sequuntur verba difficillime emendari possunt; μὲν prius delendum videtur.

II. Scholiastes Homeri Il. ε, 533. p. 144 b. Vill. Scholiastes Odyss. θ, 186. p. 284. Buttm. Porphyrius Schol. MSS. in Homeri Iliadem apud Brunck Lex. Sophocl. v. ἦ.

Γυνὴ δ' ἐκείνου πρότερον ἦ, νῦν δ' οὐκέτι.

In Scholiasta Veneto corrupte ἦν legitur, nam affertur hic locus ad demonstrandum usum atticum verbi ἦ pro ἦν. Cf. de eo Buttmann Gr. gr. ampl. t. I. p. 552. et omnino summ. Hermann Praef. in Soph. Oed. R. Hic etiam versus ex oratione Comoediae petitus est.

III. Athenaeus XI. p. 494 C.:

Πῶς τις αὐτὸν, πῶς τις ἄν
Ἀπὸ τοῦ πότου παύσειε, τοῦ λίαν πότου; —
Ἐγῷδα· συντρίψω γὰρ αὐτοῦ τοὺς χοᾶς,
Καὶ τἄλλα πάντ' ἀγγεῖα τὰ περὶ τὸν πότον,
Κοὐδ' ὀξυβάφον οἴνηρον ἔτι κεκτήσεται.

Amici de Cratino a vinositate liberando colloquuntur. 1. 2. vulgo πῶς ἄν τις αὐτὸν ἀποπ. τοῦ λ. π.; Casaubonus Animadv. XI, 13. vel πῶς ἄν vel λίαν delere voluit. Iacobs Addit. p. 274. et Meineke ad Menandr. p. 248. πῶς τις αὐτὸν ἄν Ἀπὸ τοῦ π. π. τοῦ λ. π.; sed ipse lectionem MSti Veneti sequor, quam Porson Advv. p. 129. s. probavit. 3. vulgo χοὰς quod mutavi. cf. intpp. Aristoph. Nub. 1228. et Buttmann Gramm. Gr. ampl. t. I. p. 241. 4. vulgatum συγκεραννώσω eleganter emendavit Casaubonus. *cadiscos ut fulmen conteram.* cf. ad Eurip. Bacch. 1101. (1095.) 6. ὀξυβάφον οἰνηρὸν citant Pollux VI, 3 s.

23. X, 19. s. 67. et Zonaras v. ὀξόγαρος t. II. c. 1456. ubi falso ὀξόγαρον legitur.

IV. Priscianus XVIII. c. 1181, 20:

Ἀτὰρ ἐννοοῦμαι δὴ τὰ τῆς μοχθηρίας,
Τῆς ἠλιθιότητος τε τῆς ἐμῆς.

Verba Cratini resipiscentis credo. in v. 2. τε ob metrum cum Casaubono Anim. in Athen. III, 14. c. 180, 59. inserui.

V. Suidas v. ἀφέλεια et δωδεκάκρουνον στόμα t. I. p. 393. 622. Scholiastes Aristophanis Eq. 523. p. 565. Tzetzes Chil. VIII, 184. et exeges. in Homeri Il. p. 12.; loquitur amicus de Cratino, qui postquam ad frugem rediit, omnia summa cum elegantia et verborum magniloquentia protulit. Neque enim verba Scholiastae, secundum quem Cratinus haec περὶ αὐτοῦ (non αὐτοῦ) μεγαληγορῶν loquitur, ita capienda sunt, ac si Cratinus ipse dixerit, sed significant tantum, eum haec de se alium loqui fecisse.

Ἄναξ Ἄπολλον, τῶν ἐπῶν τῶν ῥευμάτων.
Καναχοῦσι πηγαί, δωδεκάκρουνον τὸ στόμα,
Ἴλισσὸς ἐν τῇ φάρυγι· τί ἂν εἴποιμι σοι;
Εἰ μὴ γὰρ ἐπιβύσει τις αὐτοῦ τὸ στόμα
Ἅπαντα ταῦτα κατακλύσει ποιήμασιν.

1. ὦναξ coniecit Toup cur. noviss. in Suid. p. 192. s. qui locum Aristophanis Pac. 238. confert. τῶν ἐ. τοῦ ῥεύματος Suidas v. ἀφέλεια. Grotius Excc. p. 493. τ. ἐπ. ὡς ῥ. Bothe ad Terent. Andr. 771 p. 470. τ. ἐπιόντων ῥημάτων. 2. Tzetzes κατασχῶσι. In eo, ut in ceteris, τὸ deest; sed contra metrum. Recte illud inseruerunt Porson apud Dobree ad Aristoph. Eq. 523. et in Kiddii notis ad Dawes Misc. crit. p. 356 s. Reisig Coniect. Aristoph. t. I. p. 126. et Meineke Quaest. Scen. I. p. 20. 3. Suidas ἐν τῇ φάρυγγι, ceteri ἐν φάρυγγι, sed recte Porsonus. Grotius Excc. l. l. τί δ' ἂν εἴπομαι, qui nesciit τί sequente vocali apud comicos hiatum non facere, quod tragicis licuisse non credam. Poeta autem fontem respicit ἐννεάκρουνον in Ceramico, Pausanias I, 14. t. I. p. 26. s. Bekk. cf. Meurs. Ceramic. gemin. 14. et intpp. ad Thucydidem II, 15. 4. Suidas γε in quo τις deest. Aristophanes Plut. 379. τὸ στόμ

ἐπιβύσας. 5. Κ. τοῖς στόμασιν Suidas v. ἀφέλεια, sed altero loco κ. τοῖς λόγοισιν habet. Veram scripturam Aristophanis Scholiastes servavit.

VI. Suidas v. ἀράχνη t. I. p. 310.:

Ἀραχνίων μεστὴν ἔχεις τὴν γαστέρα.

H. Grotius in Excerpta p. 493 intulit, cf. I. Dousa fil. Coniect. in Catull. c. III.

VII. Suidas v. δεσμώτης t. I. p. 527. Scholiastes Sophoclis Aiac. 105. p. 85. Lob.:

Ὄψει γὰρ αὐτὴν ἐκτὸς οὐ πολλοῦ χρόνου
Παρὰ τοῖσι δεσμώταισι καταπιττουμένην.

1. πολλῷ χρόνῳ Scholiastes, ubi Lobeck Suidae lectionem restituit. 2. δεσμώται hic pro δεσμοφύλακες positum est. significatio incerta vocis καταπιττόω totum locum obscurum facit; haeret quoque Hemsterhuis ad Aristophanis Plutum p. 413 a.

VIII. Suidas v. Κλεισθένους ἀκρατέστερος t. II. p. 327. Scholiastes Aristophanis Nub. 354. p. 221.:

Δηρεῖς ἔχων· γελοῖος ἔσται Κλεισθένης κυβεύων.

Vulgo corruptissime λ. ἔχ. γράφ' αὐτὸς ἐν ἐπεισοδίῳ, γ. ἐ. Κ. κ. Toupius Emm. in Suid. P. II. p. 229. omnia haec poetae verba ratus ληρ. ἐ. αὐτὸς ἐν ἐπ. γράφει, Γ. ἐστὶ κατακυβεύων Κλ. coniecit, sed recte Pierson ad Moerin p. 391. verba γράφει αὐτὸς ἐν ἐπεισοδίῳ grammatici esse vidit, et falso ordine disposita. Sic Hermannus in editione nubium et Porsonus Tracts a. Miscell. critic. p. 234. ubi Kiddius monet, Bentleium quoque in notis MSS. ita legisse.

IX. Scholiastes Aristophanis Pac. 691 p. 677:

Ὑπέρβολον δ' ἀποσβέσας ἐν τοῖς λύχνοισι γράφω.

Vulgo δὲ et λύχνοις quae emendavi. Hyperbolum multi comicorum irriserunt, ut Aristophanes, Eupolis μαρικᾷ, Plato ὑπερβόλῳ, Hermippus ἀρτοπώλισιν. Hunc autem versum cum fragmento antecedenti cohaerere credam,

X. Scholiastes Aristophanis Pac. 602. p. 669:

Ὦ λιπερνῆτες πολῖται, τἀμὰ δὴ ξυνίετε.

Iisdem verbis Archilochus usus est, quem etiam Aristophanes Pac. 602. imitatus est. λιπερνῆτες proprie fugitivos

significat, quomodo Iones a comicis proprie dicebantur, ut Photius t. I. p. 225, 24. testatur.

XI. Pollux X, 20 s. 70:

Τοὺς μὲν ἐκ προχοιδίου,
Τοὺς δ' ἐκ καδίσκου.

vulgo *προχοϊδίου*, quod mutandum fuit ut minus Atticum. cf. Pierson ad Moerin p. 276. et Porson Suppl. Praef. in Eurip. Hecub. p. LI. ed. Lond. Simillimus locus Strattidis *λιμνομήδᾳ* apud Athenaeum XI. p. 473 D.: *οἱ μὲν ἐκ προχοιδίου, οἱ δ' ἐκ καδίσκου.*

XII. Pollux X, 47 s. 183.

Οὐ δύνανται πάντα ποιοῦσαι νεωσοίκων λαχεῖν
Οὐδὲ κάννης.

vulgatam *νεὼς οἴκων* mutavi; sensus est: naves quibus omnia commissa sunt, nec in receptacula nec in storeas se recipere possunt. De voce *νεωσοίκοι* plura dicunt Sylburg ad Pausan. I, 1, 2. Bergman ad Isocrat. Areopag. p. 173. Amersfoordt ad Demosth. t. I. p. 773 s. Schaef. et Lobeck. ad Phryn. p. 414.

XIII. Etym. M. v. *διακαννιεῦσαι* c. 267, 18. (ubi vulgo *Κράτης*, quod Schneiderum Lex. Gr. s. v. in errorem induxit), Scholiastes Aristophanis Pac. 1081. p. 703:

Ἀπὸ προτέρου τὸν καῦνον ἀριθμήσεις.

XIV. Clemens Alexandrinus Strom. VI. p. 748, 15:

Τὴν μὲν παρασκευὴν ἴσως γιγνώσκετε.

Clemens h. l. similia ex oratoribus Atticis, Ctesiphonte, Andocide et Nicia affert. Meineke Quaest. scen. I. p. 18. hunc Clementis locum sensu nimis lato sumsisse videtur.

XV. Athenaeus III. p. 94 F.:

Ὡς λεπτὸς, ἦ δ' ὃς, ἔσθ' ὁ τῆς χορδῆς τόμος.

XVI. Athenaeus X. p. 426 B.:

Τὸν δ' ἴσον ἴσῳ φέρουτ' ἐγὼ δ' ἐκτήκομαι.

In verbis δ' *ἐκτήκομαι* corruptela latet; Erasmus Adagiis p. 568. b. non male *ἔγωγ' ἐκτίσομαι* coniecit.

XVII. Aristophanem Eupolidis fabulas exscribere testatur. Scholiastes Aristophanis Eq. 528. p. 566.

XVIII. Chaerephontem Socraticum ut pauperem αὐχμηρὸν irridet. Scholiastes Platonis ad Apolog. Socr. p. 331. Bekk.

XIX. Lyconem patrem Autolyci ex Ionia pauperem Thoricium dicit. Scholiastes Platonis ad Apolog. Socr. p. 332. de Autolyco plura alias ad Eupolidis fabulam huius nominis.

XX. Lysidonidi, patris Antiphontis, ut hominis pessimi meminit. Pseudo-Plutarchus Vit. Antiph. c. IV. ut hunc locum restituunt Taylor Lect. Lysiac. c. 7. et Ruhnken. de Antiph. 2. p. 242 s.

XXI. μάλθη cera ad tabulas pugillares. Pollux X, 14 s. 58.

ΣΑΤΥΡΟΙ.

Hanc fabulam archonte Stratocle Olymp. 85, 4, docuit, victus ab Aristophane ἱππεῦσιν, tertius fuit Aristomenes ὁλοφύροις, secundum scriptorem argumenti equitum Aristophanis; nihil ex hac fabula superest, cui similes in titulo multi comicorum scripserunt.

ΣΕΡΙΦΙΟΙ.

Seriphus insula inter Cyclades Thraciam versus sita scopulus paene in mari fuit, Schol. Aristoph. Acharn. 540 s. Schol. Platon. p. 395. Bekk., ita ut temporibus imperatorum Romanorum criminales in eam delegarentur. Tacit. Ann. II, 84. IV, 21. Iuven. VI, 564. cf. Spanhem. de usu et praest. v. num. Diss. V, t. I. p. 265 s. Creuzer ad Cic. N. D. I, 31. p. 144. In hac insula Perseus filius Iovis et Danaes natus est, regnante Polydecte, cuius historiam, praecipue eius iter ad Gorgonas et nuptias cum Andromeda haec nostri fabula descripsit.

Hanc opinionem etiam Meinekius ad Menandrum Praef. p. XVIII. not. protulit; antea autem alia omnia ex titulo elicuerunt. Meursius Bibl. Att. II, c. 1472 D. E. virgines vetulas vertit, sine dubio existimans ad proverbium γραῦς σέριφος, de quo Hesychius t. I. c. 857 agit, alludi, sed tum locus Hesychii ipse incertus est, tum fragmentum primo a me loco positum Seriphiorum mentionem factam fuisse certissime demonstrat, quod ex aliis quoque apparebit. Meineke l. l. Aeschyli quoque narrationem de Ius erroribus in Prometheo illusam fuisse credit, et fragmentum, a me inter incerta LXIII. positum, huc refert. Idem locum Strabonis X. t. IV. p. 336. Tzsch. et Eustathii ad Dionysium Perieg. 525. ad hanc fabulam refert, qui aiunt, Seriphum insulam Medusae capite saxis praeruptam factam esse κωμῳδεῖσθαι, de quo tamen dubito; nam κωμῳδεῖσθαι non semper *a comicis illudi* significat, sed saepius tantum *perstringi, iocose dici,* ut apud ipsum Strabonem IX. t. III. p. 443. cf. Naeke Choeril. p. 193 s.

I. Hephaestion p. 89 Gaisf.:

Χαίρετε πάντες, ὅσοι πολύβωτον ποντίαν Σέριφον.

Vulgo π. θεοὶ. MS. C. πάντα θεοὶ, οἱ πολύβρωτον, priusque ex iis non improbasse videtur Hermann Elem. doctr. metr. III, 8. p. 595. Ipse sagacissimam et elegantissimam emendationem, quam Dobree ad Aristoph. Eq. 32. protulit, in textum recipere non dubitavi, perparvum enim discrimen inter ΘΕΟΙ et ΟΣΟΙ interest. Similis locus Cratini ab Hephaestione p. 44 allatus, χαίρετε δαίμονες, οἳ Λεβάδειαν κ. τ. λ.; et hic etiam de diis sermo est, quos Perseus post felicem in Seriphum reditum alloquitur, ut moris erat. Possis quoque θ' οἵ legendum coniicere, ut sit: et vos omnes (post deorum allocutionem), Seriphi incolas saluto; id quod mihi quidem non displicet, et MSti C. lectio quodammodo confirmat.

II. Pollux VII, 14, s. 69:

Εἰς Συρίαν δ' ἐνθένδ' ἀφικνεῖ μετέωρος ὑπ' αὔρας,
Ἱμάτιον μοχθηρὸν ὅταν Βορρᾶς καταπνεύσῃ.

1. vulgo ἀφικνεῖτο, quod Meineke Praef. ad Menandr. p. VIII. not. emendavit. 2. ὅταν ὁ Β. in editione Hemsterhusii legitur, sed ὁ recte delerunt ex Aldina Porson Advv. p. 284. et Meineke l. l. Ex eadem scena, in qua Perseo iter ad Gorgonas a quodam describitur, sequens fragmentum petitum est.

III. Stephanus Byzant. v. δούλων πόλις, p. 309 B. C.:

Εἶτα Σάκας ἀφικνεῖ καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβοὺς,
Εἴς τε πόλιν δούλων, ἀνδρῶν νεοπλουτοπονήρων.

1. καὶ Σιδ. καὶ Ἐρ. est hemistychium Homericum ex Odyssea Δ, 84. de Eremhis cf. Schlegel Geogr. homer. p. 166 s. 2. δούλων πόλις urbs in Creta, sed secundum alios in Lybia, cf. Hesych. t. I. c. 1026. ibiq; intpp. νεοπλουτοπόνηρος, qui nuper paratis divitiis peior factus est, vox nusquam occurrens, sed a Cratino comica licentia ficta.

IV. Photius v. σταθερὸν t. II. p. 533, 22. Suidas v. ead. t. III. p. 367:

Οὕτω σταθερῶς τοῖς λωπυδύταις ὁ πόρος πεινῶσι παφλάζει.
Ita fortiter fremit fretum (vel vadum) *furibus famelicis.*

Sic haec vertenda sunt. σταθερῶς pro ἰσχυρῶς, sic enim recte, non σταθερὸς cum Suida legendum. cf. Schaef. ad Dionys. Hal. de comp. v. p. 338. Lobeck ad Phryn. p. 215. Ruhnk. ad Timaeum p. 235 ss.

V. Hesychius v. ἀΐδρυτον κακὸν t. I. c. 146 s.:

Οἰκοῦσι φεύγοντες ἀΐδρυτον κακόν.

Sic MS. Venetus apud Schow. p. 31. quod Musurus in εἴκασι mutaverat. Pierson ad Moerin p. 148. εἴκασι φ. γ' ἀΐδρ. κ. Toup. Add. in Theocrit. t. II. p. 408. Wart. ἔχουσιν οἱ φ. ἀ. κ. omnia incerta, possis etiam εἴξασι σοι coniicere, ut Aristophanes Thesmoph. 38. Προθυσόμενος ἔοικε dixit. Attamen vulgata quoque lectio defendi potest.

VI. Hesychius v. διονυσοκρουροπυρώνων t. I. c. 1001.:

Αἰσχρῶν Ἀνδροκλέων διονυσοκουρώνων.

Lectionem corruptam MSti Veneti apud Schow p. 223. reliqui, pro qua Musurus αἴσχρον Ἀνδροκλέα διονυσοκουροπυρώνην invexit, sed contra omnes metri rationes. In

ipso autem MSto vox eadem vel διονυσοκρουροπυρώνων, vel διονυσοκουρώνων vel διονυσοκουροπυρώνων legitur; constat Androclen tonsorem pauperem illusum fuisse, quod etiam Scholiastes Aristophanis Vesp. 1182. tradit sed tamen locus ipse difficillime restitui poterit.

VII. Antiatticista v. βόθυνος p. 84. Bekk.:

Ἀλλ' ἀπίωσιν ἐν χορῷ
Εἰς βόθυνον ἰέναι.

Hesychius t. I. c. 1455. ἐς βόθυν, εἶδος παιδιᾶς Ταραντίνοις. Thomas Mag. p. 157. Atticos βόθρος tantum dicere ait, sed cf. interpretes ad eum, a quibus hic Cratini locus nondum afferri potuit.

VIII. Aminiam adulatorem et sycophantam irrisit. Scholiastes Aristophanis Nub. 691. p. 256. Vesp. 74. p. 840.

IX. Andromedam δελεάστραν, decipulam, vocavit. Pollux X, 34 s. 156.

X. ἀριστεροστάτης, idem in choro comico, quod μέσος ἀριστεροῦ in tragico. Συναγώγη λέξ. χρησ. p. 444. Bekk. cf. Photius t. II. p. 604, 19.

XI. βρίκελοι: βροτοῖκελοι. Hesychius t. I. c. 767. Ambae voces lexicis desunt.

XII. τελενίκισαι. evacuare a Telenico pauperе sumtum. Photius t. II. p. 574, 16. Suidas v. ead. t. III. p. 442. Etym. M. v. ead. c. 751, 5. ubi nomen poetae omissum, et ἐν σερίφοις legitur.

ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΙ.

Haec fabula Pythagorae sectatores Tarenti degentes insectatur, ubi ipse iam Pythagoras docuerat, celeberrimique eius discipuli post eum vixerunt, ut Archytas et Lysis. cf. Photius t. I. p. 117, 14. Similis nominis fabulam Alexis docuit, ab Athenaeo IV. p. 161 B. C. laudatam. Xenophanes autem (de quo supra p. 46. dixi), ut omnes Pythagorei, a Cratino, ut comico veteri, irridi

non potuit, quod mediae et novae comoediae poetae tantum faciebant; ideoque recte Meinekius Quaest. scen. I. p. 24. hanc comoediam Cratino iuniori vindicat. Unum ex ea fragmentum laudarunt Diogenes Laertius VIII, 37. p 519. et Suidas v. Ξενοφάνης t. II. p. 645.

I. Ἔθος ἐστιν αὐτοῖς, ἤν τιν' ἰδιώτην πόθεν
Λάβωσιν εἰσελθόντα, διαπειρώμενον
Τῆς τῶν λόγων ῥώμης, ταράττειν καὶ κυκᾶν
Τοῖς ἀντιθέτοις, τοῖς πέρασι, τοῖς παρισώμασι,
Τοῖς ἀποπλάνοις, τοῖς μεγέθεσιν νουβυστικῶς.

1. αὐτοῖς scilicet Pythagoristis. ἤν, vulgo ἄν, cf. Porson apud Dobree ad Aristoph. Vesp. 97. 4. de voce πέρασι dubito. 5. H. Grotius Excc. p. 493. τοῖς ἀπλανέσι legit. μ. οὐ βυστικῶς Diogenes L. corrupte. vocem νουβυστικῶς Photius t. I. p. 303, 18. et Scholiastes Aristoph. Vesp. 1334. p. 914. illustrant. cf. Palmerii Exercit. p. 460.

ΤΡΟΦΩΝΙΟΣ.

De Trophonio, heroe Lebadeae culto, omnia nota; eum etiam Alexis, Cephisodorus, Menander riserunt, ut et Lucianus Dialogo mortuorum tertio, ubi lege Hemsterhusium.

I. Suidas v. αἵρεσθαι t. I. p. 655. Zonaras v. ead. t. I. p. 93. Συναγώγη λέξ. χρησ. p. 358:

Οὐ σῖτον αἵρεσθ' οὐδ' ὕπνου λαχεῖν μέρος.

Suidas αἵρεσθαι, et Συναγώγη ᾄρασθ' οὐχ habent.

II. Etymol. M. v. διαῤῥικνοῦσθαι c. 270, 5. Zonaras v. ead. t. I. c. 529. ubi falso Κράτης:

Ξίφιζε καὶ σπάθιζε καὶ διαῤῥικνοῦ.

Agita ferrum et spathen et lumbos move. ξιφίζειν est saltandi genus, cf. Photius t. I. p. 309, 16. idemque σπάθιζειν fuisse opinor. Vulgo in Zonara σπάδιζε, in Etymologo σπῤδιζε legebatur. I. Vitus Pergerus Notis MSS. in

Etymol. *) πόδιζε coniecit, addita sequenti adnotatione: „Legendum puto πόδιζε, siquidem tres illae saltationis species ξιφισμὸς, ποδισμὸς et τὸ ῥικνοῦσθαι, de quibus Pollux IV, 14. s. 99. coniunguntur.“ Haec coniectura mihi quidem non inelegans videtur, sed lectionem MSti Zonarae unius et MSti Parisiensis apud Bekker ad Etym. M. c. 818. in contextum recepi.

III. Athenaeus VII. p. 325 E.:

Οὐδ' Αἰξωνίδ' ἐρυθρόχρων ἐσθίειν ἔτι τρίγλην,
Οὐδὲ τρυγόνος, οὐδὲ δεινοῦ φυὴν μελανούρου.

1. vulgo εἴτι. Casaubonus Anim. VII, 21. εἴτι delere, aut ἐθέλει vel εἴωθε legere vult; sed recte ἔτι Meursius Biblioth. Att. II. c. 1473 A. Eleusin. 24. p. 67. et Reliq. Att. I. p. 7. quod Meineke cur. crit. p. 27. et Schweighäuser probarunt. 2. vulgatam δεινούφην Casaubonus emendavit, quem Meineke l. l. et Schweighäuser sequuntur. Huc respicit Hesychius t. I. c. 165. *Αἰξωνίδα τρίγλην· δοκοῦσι κάλλισται εἶναι αἱ αἰξωνικαὶ τρίγλαι.*

IV. Pollux VII, 24. s. 103:

Ἀργυροκοπιστῆρας λόγων.

V. Hephaestion p. 72. Plocius de metris c. 2661, 1:

Ἔγειρε δὴ νῦν Μοῦσα κρητικὸν μέλος.
Χαῖρε δὴ Μοῦσα, χρονία μὲν ἥκεις, ὅμως δ'
Ἦλθες οὐ πρίν γε δεῖν, ἴσθι σαφὲς, ἀλλ' ὅπως —

1. Plocius δὴ νῦν omisit et 2. μ' ἥκεις et 3. πρὶν ἐλθεῖν habet. In Hephaestione ἀλλ' ὅμως δ' legitur, ubi Plocius illud ἀλλὰ non habet; ipse omnino Porsonum apud Gaisford ad Hephaest. p. 330. sequor. 1. Huc respicit Hesychius t. II. c. 346. *κρητικὸν μέλος: οὕτω κρῆτες ῥυθμοὶ ἐλέγοντο ἀπὸ Κρητῶν.* 2. ὅμως saepe orationem sic claudit. Aristoph. Acharn. 955 ibiq; Elmsley.

VI. ἐπέθηκεν ἐπιστολὴν, iussa imposuit. Harpocration p. 68. cf. Valckenaer ad Herod. III, 42. et infra ad fragm. incert. XII.

---

*) Primam harum castigationum particulam in Seebodii Horreo novo philol. t. I, p. IV, p. 66 ss. publicam feci, caeteras brevi adiecturus.

VII. λυχνοκαΐα. Pollux X, 26. s. 115. eadem voce Herodotus II, 61. utitur.

VIII. παρεῖαι serpentum genus. Harpocration p. 141. qui locum Demosthenis pro Coron. p. 313 respicit, ut et Lexicon Seguier. p. 286. Bekk. Serpentes mansueti fuerunt in mysteriis usitati, Photius t. II. p. 364, 1. et 393 s. Scholiastes Aristoph. Plut. 690; eosque praecipue heroibus consecratos constat, cf. Spanhem. de usu et praest. v. num. Diss. IV. t. I. p. 212. 221.

IX. Ad hanc fabulam certissime referendum puto fragmentum Cratini, quod Hephaest. p. 44. servavit,

Χαίρετε δαίμονες, οἵ Λεβάδειαν Βοιώτιον οὖθαρ ἀρούρης.

scilicet ναίετε vel simile quid, cf. Σεριφ. fr. I. Lebadeae autem Trophonium cultum fuisse notum est, cf. Phot. t. I. p. 211, 12. ut huc referre non dubitem.

Obiter adiicio in Hesychii loco v. κριθῶν t. II. c. 348. Cratini hanc fabulam forsitan latere. Locus est: κριθῶν ὄχλος: ἐν τροφωνίῳ· παρέθηκε δὲ παίζων τὸ ἀφγύριον. Interpretes ad Menandri Trophonium referunt, cuius fragmenta Clericus p. 174 ss. et Meineke p. 160 ss. collegerunt, qui tamen hunc locum praetermiserunt. Cum autem multae glossae Hesychii e κωμικῇ quadam λέξει petitae sint, in quibus rarissime poetae novae comoediae attulebantur, potius ad fabulam Cratini referendas esse has duas voces credam. Sic etiam Etymologus M. c. 751, 5. ἐν Σεριφίοις habet, Cratini nomine non adiecto.

ΧΕΙΜΑΖΟΜΕΝΟΙ.

Hanc fabulam Cratinus archonte Euthymene Olymp. 85, 4. Lenaeis docuit, victus ab Aristophane ἀχαρνεῦσιν, tertius fuit Eupolis νουμηνίαις, secundum scriptorem argumenti Acharnensium, qui iam suo tempore fabulam perditam fuisse ait.

ΧΕΙΡΩΝΕΣ.

De argumento huius fabulae certi nihil afferre possumus; sed cum Solon, ut e fragmento septimo apparet, introductus fuerit in scenam, novam reipublicae rationem irrisam fuisse, simili cum Eupolidis δήμοις modo (cf. Valcken. Diatr. Eurip. p. 252.), credam. Plura alia fragmenta hanc opinionem affirmare videntur; titulus autem nihil lucis adfert, qui χείρωνες non χειρόνες scribendus erat, quod fragmentum nonum certissime demonstrat. Cratinus iunior χείρωνα quoque scripsit, et Pherecrates fabulam diversi argumenti χείρωνα ἢ ἀγρίους, de qua obiter moneo, idem fragmentum a Stobaeo S. 116, 12. (117, p. 479. Grot.) sine nomine fabulae, et a Prisciano XVIII. p. 1190, 45. (ubi vulgo χείροισι) laudari.

I. Photius v. Ῥαδαμάνθυος ὅρκος t. II. p. 481, 2. Suidas v. ead. t. III. p. 249. Scholiastes Platonis ad Apol. Socr. p. 331. (p. 5. Rhk.):

Οἷς ἦν μέγιστος ὅρκος ἅπαντι λόγῳ κύων,
Ἔπειτα χὴν, θεοὺς δ' ἐσίγων.

Rhadamanthys per animalia iuravit, quod ex hoc loco Zenobius Prov. V, 81. p. 144 s. testatur; hic autem Socratici irridentur, qui nova iureiuranda, ut athei inducebant, cf. Perizon. ad Aelian. V. H. II, 13. Suidas et Photii MS. θεοῖς δὲ σιγᾷν habent, ubi Porsonus θεοὺς δὲ σιγᾷν edidit. H. Grotius Excc. p. 493. οἷς ἦν μ. ὅ. ἅπ. ἐν λ. Κ. ἐ. χ. θεοὺς δὲ σιγάαν. sed optima est Scholiastae Platonis lectio, quam recepi.

II. Συναγώγη λέξ. χρησ. v. ἀγανόν p. 335. Bekk.:

Μακάριος ἦν
Ὁ πρὸ τοῦ βίος βροτοῖσι πρὸς τὰ νῦν, ὃν εἶχον ἄνδρες
Ἀγανόφρονες ἡδυλόγῳ σοφιᾷ βροτῶν περισσοκαλλεῖς.

Sic haec constituenda credidi, ut sint tetrametri catalectici. vulgo in v. 2. βροτοῖσιν legebatur.

III. Pollux VI, 16 s. 98:

Ἐξ ἀσαμίνθου κύλικος λείβων.

Huc respicit Pollux X, 17 s. 64. cum Cratinum ἐν Ἥρωσι

voce ἀσαμίνθος uti dicit, ubi χείρωσι reponendum esse supra monui; de sensu vocis ἀσαμίνθος iam veteres dubitarunt, ut e Pollucis locis patet.

IV. Pollux VII, 24 s. 107. X, 49 s. 186:

Χαλυβδικὸν στόμωμα.

Loco secundo male vulgo χαλυβικὸν legitur. cf. Valckenaer ad Callimachi eleg. fr. p. 154 ss.

V. Athenaeus IX. p. 392 F. ubi vulgatam Κράτης ἐν χείρωσιν Casaubonus Anim. IX, 11. vel in Κρατῖνος ἐν χ. vel in Κράτης ἐν γειτόσιν mutandum credit, prius recte recepit Dindorfius *). Contra in Lexico S. Germanensi περὶ συντάξεως v. ἂν p. 144. Bekk. Κράτης γειτόσιν pro Κρατῖνος γ. legendum, sic etiam Meineke quaest. scen. I. p. 29 not.; haec enim eius fabula a Suida et Eudocia v. Κράτης, Photio, Polluce et Athenaeo laudatur.

Ἰθακησία ὀρτυγομήτρα.

ὀρτυγομήτρα Wachtelmutter. Aristophanes Av. 872. Plinius H. N. X, 23. Photius t. I. p. 350, 22.

VI. Athenaeus XII. p. 553 E.:

Ἁπαλὸν δὲ
Σισύμβριον ἢ ῥόδον ἢ κρίνον παρ' οὗς ἐθάκει,
Παρὰ χερσὶ δὲ μῆλον ἔχων σκίπωνά τ' ἠγόραζεν.

Vulgo prius ἢ deest, et ἠγόραζον legitur, quae Hermannus Elem. doctr. metr. III, 8. p. 593. mutavit, qui θἁπαλὸν τε quoque coniecit. Jacobs Addit. p. 293. ἁπ. δὲ σ. ἢ Ρ. — δὲ Μ. κατέχων σ. τ' ἠγόραζε δή. Meineke Cur. crit. p. 62. Ἁπ. δὲ σ. ἢ ῥ. ἢ Κρ. π. οὗς ἐ. Π. — ἔχ. ⏑⏑— Σκ. τ' ἠγ. Porson apud Dobree ad Aristoph. Vesp. 1522. vel ῥόδον vel κρίνον delendum putat; prius Elmsley in

*) Hanc novam Athenaei editionem, a doctissimo Guil. Dindorfio concinnatam, dum haec scribo accipio; quae ille de locis Cratini a me iam supra ex Athenaeo allatis adnotat, ipse in Addendis subiiciam.

Edinb. Rev. n. 37. p. 89. etiam protulit, quos Dindorfius sequitur, qui ἠγόραζον retinet. Mihi tamen ratio summi Hermanni, quae ad vulgatam magis accedit, praeplacuit. Describitur autem hic vita antiquorum delicata, Athenaeo monente, qui simile argumentum a Teleclide πρυτανέσιν tractatum fuisse adiicit.

VII. Diogenes Laertius I. 62. p. 39:

Οἰκέω δὲ νῆσον, ὡς μὲν ἀνθρώπων λόγος,
Ἐσπαρμένος κατὰ πᾶσαν Αἴαντος πόλιν.

Loquitur ipse Solon, cuius corpus per totam Salamin dispersum fuisse fama tulit, cf. Plutarch. vit. Solon. c. 32. fin.

VIII. Plutarchus Pericle c. 3. t. I. p. 592. R.:

Στάσις δὲ καὶ πρεσβυγενὴς Χρόνος ἀλλήλοισι μιγέντε,
Μέγιστον τίκτετον τύραννον
Ὃν δὴ κεφαληγερέτην θεοὶ καλοῦσι.

De metro huius fragmenti incertus sum, videtur tamen e chori carmine petitum. 1. vulgo χρόνοις, quod Grotius Excc. p. 493 s. mutavit, sed ipse hic vocem χρόνος magna cum X ut personam scribendam credo. Possit etiam πρεσβυγενὴς Κρόνος coniici, ut sit: Saturnus vetustissimus natu. cf. Seidler ad Eurip. Troad. 610. p. 79. nam πρεσβυγενὴς pro πρέσβυς positum est, ut παλαιγενὴς pro παλαιὸς apud Euripidem Phoen. 352. Aristophanem Nub. 357. Alexin Athen. XI. p. 472 A. 3. Periclen Olympium insectatur, Homericum νεφεληγέρετα Ζεὺς respiciens. pro θεοὶ fortasse θεὸν legendum, vel de lingua deorum intelligendum est, quae ex Homero, et Epicharmo apud Athenaeum III. p. 85 E. innotuit. cf. Stephanus Schol. in Dionys. Thrac. p. 870. Bekk. et Lakemacher Obss. philol. P. III. Obs. 4.

IX. Hephaestion p. 17:

Σκῆψιν μὲν, Χείρωνες, ἐληλύμεν, ὡς ὑποθήκας.

Sensus versus incertus, qui titulum tamen certum reddit. Eum corruptum esse credam, cum in MSto Regio

ὦ χείρωνες, in Palatino χείρων ἐνήλυμεν legatur*); et quae interpretes hic afferunt, omnia maxime dubia sunt.

X. Zenobius Prov. II, 66. p. 45, Herodianus π. μονήρ. λέξ. p. 42, 9.:

Βοῦθος περιφοιτᾷ.

Proverbium de hominibus valde stolidis, sumtum a Butho Pythionica. cf. Photius t. I. p. 80, 23.

XI. Scholiastes Aristophanis Av. 767. p. 455:

Καὶ πρῶτον μὲν παρὰ ναυτοδικῶν ἀπάγω τρία κνώδαλ' ἀναιδῆ,
Πισίαν, Ὀσφύωνα, Διϊτρεφῆ.

1. πρῶτα recte in πρῶτον emendavit Porson Advv. p. 284. sic in Euripide Suppl. 30. 203. Herc. fur. 173. confunduntur. Meineke ad Menandr. p. 70. πρῶτα μὲν οὖν coniecit. ναυτοδίκαι iudices in re navali Atheniensium, ut et eorum qui quamquam exterae originis cives se esse simularunt. cf. Craterus apud Photium t. I. p. 289 s. Bekkeri Anecd. t. I. p. 283. Schneider ad Xenoph. de vectig. III, 3. Potter. Archaeol. Gr. I, 15, p. 173. 2. Metrum laborat ob Ὀσφύωνα, de quo nihil compertum habeo, nam Pisian et Diitrephen traditores patriae et ob divitias male audiisse ex Scholiaste Aristophanis Av. 799. p. 457. apparet.

XII. Scholiastes Aristophanis Vesp. 1231. p. 910:

Κλειταγόρας ᾄδειν ὅταν Ἀδμήτου μέλος αὐλῇ.

Loquitur de quodam, qui cum alter modos carminis in Admetum tibia canat, ipse scolium in Clitagoran cantat. Admeti scolion et Clitagorae in Scholiastae loco laudato afferuntur, prius:

Ἀδμήτου λόγον, ὦ' ταῖρε, μαθὼν τοὺς ἀγαθοὺς φίλει.
Τῶν δειλῶν δ' ἀπέχου γνοὺς ὅτι δειλοῖς ὀλίγα χάρις.

alterum:

Χρήματα καὶ βίαν
Κλειταγορᾷ τε κἀ –
Μοὶ μετὰ Θεσσαλῶν.

*) Horum MSStorum varias lectiones Rostgaardius exemplo suo editionis Pauwianae adscripserat, quod in bibliotheca publica Hamburgensi asservatur.

Post vocem αὐλῇ videtur τις deesse. Sic Aristoph. Nub. 1131. cf. Dobree ad Aristoph. Plut. 505. et Erfurdt in Horreo Regiomontano a. 1812. p. 460.

XIII. Scholiastes Sophoclis Oed. Col. 477. ubi vulgo χείρωνι:

Ἄγε δὴ πρὸς ἕω πρῶτον ἁπάντων ἵστω καὶ λάμβανε χερσὶν Σχῖνον μεγάλην.

Qui se lustrare vel purificare voluerunt, ad auroram se convertebant, πρὸς πρώτην ἕω, ut est in Sophocle l. l.

XIV. Scholiastes Thucydidis VIII, 83. t. III. p. 253. Bekk. ubi vulgo χείρωνι:

Ἡ μουσικὴ ἀκορέστους ἐπιφέρει ὀργὰς βροτοῖσι σώφροσι.

Sic haec in Scholiasta leguntur, quae difficulter in metrum redigi possunt. Nimis audacter H. Grotius Excc. p. 493. Ἡ δὲ μ. Ὀργὰς ἐπ. σώφροσ' ἄκ. βρ. Anne legendum: Ἡ μ. Ἀκόρεστον ἐπ. β. σ. Ὀργὴν. ὀργὰς ἐπιφέρειν est oblectare, quam locutionem explicant Vigerus de Idiot. L. Gr. III, 8. p. 125. et Blomfield Gloss. in Aeschyli Prom. p. 116 s. Lips.

XV. Scholiastes Platonis in Theaetetum p. 358. Bekk. Eustathius ad Odyss. Θ. p. 1601, 47. (p. 815. Bas.) sine nomine fabulae:

Ὡς ὄνος ἀπωτέρω κάθηται τῆς λύρας.

In Eustathio male ὄνοι ἀπ. κάθηνται legitur. Respicitur proverbium ὄνος λύραν, vel ὄνος λύρας, cf. Photius t. I. p. 337, 12.

XVI. Pandeletum sycophanten litigiosum irrisit. Scholiastes Aristoph. Nub. 919. p. 273. Suidas s. v. t. III. p. 17.

XVII. αἶξ οὐρανία, proverbium de rebus multum lucri afferentibus. Photius t. I. p. 371, 6. Suidas v. αἶξ οὐρ. t. I. p. 658. et οὐρ. αἶξ t. II. p. 740. Zenobius I, 26. p. 7. Boettigerus in Praefatione ad Amalthea tomum secundum p. IV not. fragmentum poetae incerti apud Plutarchum de audiend. poet. c. 13. p. 27 C. (t. I, 1. p. 101. Wytt.) Εὐδαίμων Πολίαγρος οὐρανίαν αἶγα πλουτοφόρον τρέφων ipsius Cratini credit; attamen illud pro-

verbium in alio etiam comico occurrere potuit (ut apud Antiphanem κύκλωπι in Atheneeo IX. p. 402. E. αἶξ οὐρανία iocose a Cyclopo editur), omninoque nihil certi et sententiam suam probans afferre potuit Boettigerus.

XVIII. βιβλιάγραφος. Pollux VII, 33 s. 211. vulgatam βιβλιόγραφος iure correxit Lobeck Parerg. IV. in Phrynich. p. 655. quem cf. ad eundem p. 85 s. Fallitur ergo Thomas Mag. p. 152. qui βιβλιόγραφος unice verum esse dicit, cf. intpp. ad eum.

XIX. μετὰ Λέσβιον ᾠδὸν, de his dictum qui alteri postponuntur. Zenobius V, 9. p. 115 s. Photius t. I. p. 261, 8. Oraculo moniti Lacedaemonii Terpandrum Lesbium ut primum citharoedorum arcesserunt, unde hoc proverbium natum esse praeter Photium et Zenobium etiam Hesychius t. II. c. 458. 583. et Diogenianus VI, 36. p. 232. monent. De alio Photius t. I. p. 215, 24. et Aelius Dionysius apud Eustathium ad Il. p. 741, 14. hoc proverbium explicare videntur.

ΨΕΥΔΥΠΟΒΟΛΙΜΑΙΟΣ.

Hanc fabulam eandem cum Cratini iunioris ὑποβολιμαίῳ esse certum est, ut iam Fabricius vidit; quare de ea infra in Cratini τοῦ νεωτέρου fragmentis plura dicemus.

Ὦ Ρ Α Ι.

Egit in hac fabula de Atticae regionis fertilitate et quos fructus singulis anni partibus produceret, in eaque re varie lusit. Haec verba sunt T. Hemsterhusii ad Pollucem X, 76, quam sententiam titulus fabulae confirmare videtur, cui similem Aristophanes scripserat. Totum tamen fabulae argumentum e fragmentis colligi non potest.

I. Photius v. παιδικὰ t. II. p. 369, 14. Suidas v. ead. t. III. p. 67. Scholiastes Aristophanis Vesp. 1021. p. 897:

Μακάριος τῶν παιδικῶν.

De concubina, quae Dionysum abeuntem amat, aliquis dicit: *Felix est ob amasiam suam.* Sic hunc locum intelligendum credam, qui certe corruptela quadam videtur laborare; recte vero Küsterus pro ὁρᾷς restituit ὥραις, quod Porsonus probavit.

II. Photius v. ταῦτα πρ. t. II. p. 571, 18. Suidas v. ead. t. III. p. 436:

Ταῦτα πράσσων 'φάσκ' ἀνὴρ οὐδὲν ποιῶ.

vulgo ποιῶν, quod Grotius Excc. p. 495. retinet, sed ipse leniter mutavi; aliter Toup Emm. in Suid. P. III. p. 466. τί ταῦτα πράσσω. φ. ἀ. οὐδὲν ποιῶν emendat. possis coniicere, cum MS. Photii ποων habeat, οὐδὲν πονῶ. Obiter adiicio vocem πράττειν in Lysiae oratione VI. in Andoc. p. 230. Rsk. certe corruptam esse, ibique pro verbis παρασκευάζεται τῇ πόλει καὶ πράττει vel παρασκευάζεται τῇ πόλει κακὰ πράττειν (cf. D'Orville ad Charit. II, 6, p. 316.) vel παρασκευάζεται τῇ πόλει καὶ ταράττει legendum esse.

III. Suidas v. μαρίλη t. II. p. 497:

Ἔφθάρη μαρίλης τὴν φάρυγα πλέαν ἔχων.

μαρίλη est favilla carbonum, cf. Photius t. I. p. 247, 19. et Gregorius Corinthius dial. Ion. s. 172. ibiq. intpp. p. 557 s. vulgo contra metrum τὸν φάρυγγα πλέον legebatur, quod emendavi ut Dobree ad Aristophanis Eq. 523. aliter Porson ad Arist. Acharn. 350. ἔφθη — φάρυγγα legit. φάρυγξ autem rarissime masculino genere invenitur, ut in Epicharmo apud Thomam Mag. p. 572. et Alcaeo Messen. Ep. XVIII, 4. cf. Lobeck ad Phryn. p. 65 s. 470.; et melius duxi mutare, cum etiam Photius t. I. p. 77, 26. Atticis formam femininam magis usitatam dicat.

IV. Suidas v. πυροῤῥαγὴς t. III. p. 245:

Ἴδ' ὡς πυροῤῥαγὲς κακῶς τ' ὠπτημένον.

vulgo ἴσως π. καὶ κ. ὠπτ. Küster ad Aristoph. Ach. 932.

ἴσως π. κακῶς τ' ὠπτ. et Porson Advv. p. 285. ἴσως quoque in ἴδ' ὡς mutandum vidit. Hunc versum Pollux VII, 33 s. 164. respicit, cum a Cratino vocem πυροῤῥαγὴς usurpatam dicit; significat *in igne disruptum*, pro quo πυριῤῥαγὴς quoque dicebatur, Photius t. II. p. 476, 18. Schaefer ad Gregor. Cor. Praef. p. 8. not.

V. Athenaeus IX. p. 374 D.:

Ὥσπερ ὁ Περσικὸς ὥραν πᾶσαν καναχὼν ὁλόφωνος ἀλέκτωρ.

vulgo ὁλόφωνος. Palmerius Exercit. p. 510 s. ὁ λοφωτὸς, sed optime ὁλόφωνος Casaubonus Anim. IX. 4. quod probavit Meineke Cur. crit. p. 11. et Dindorfius recepit. Huc respiciunt Hesychius t. II. c. 746. Photius t. I. p. 330, 9. Suidas t. II. p. 680. ὁλόφωνος, ὁ ἀλεκτρυὼν, Κρατῖνος. Ex hoc versu apparet quoque, formam ἀλεκτωρ falso, a Thoma Mag. p. 33. improbari, utitur ea Aeschylus Agam. 1682. Eumen. 859. cf. intpp. ad Thom. M. p. 32. b. 33. b. 34. a. Περσικὸς autem vocatur gallus, quia primum e Persia Graeciam advectus fuit, cf. Aristoph. Av. 486 ss. 712, 837 ss. quod Menodotus Samius apud Athenaeum XIV. p. 655 A. testatur, sed incertum quo tempore: primam eius mentionem in Simonide (qui Pisistrati temporibus vixit) apud Athenaeum IX. p. 374 D. et in Batrachomyomachia Homero vulgo adscripta v. 191. inveni, quam ideo etiam R. P. Knight Prolegom. in Homer. p. III. Homero abiudicandam paulo argutius censet.

VI. Athenaeus XIV. p. 638 F:

Ἴτω δὲ καὶ τραγῳδίας
Ὁ Κλεόμαχος διδάσκαλος, παρατιλτριῶν
Ἔχων χορὸν λυδιστὶ τιλλουσῶν μέλη
Πονηρά.

2. Dobree ad Aristoph. Ran. 1337. ὁ Κλεομάχου conlicit, ut sit eius filius, idemque in Βουκόλοις fr. II, 2. τῷ Κλεομάχου quoque emendat, sed vulgata bene defendi potest, cf. Iacobs Addit. p. 109. 3. Irridetur ob mollitiem. Similis locus Horatii Serm. I, 10, 90 s. ubi cf. C. Fea p. 87. λυδιστὶ more Lydico vel effeminato,

nam Lydorum mollities nota est. cf. Herodot. I. 94. 157. Polyaen. VII, 6 s. 4. Iustin. I, 7.

VII. Pollux VI, 2 s. 18:

Ἀλλ' ἦν, ὅτ' ἐν Φώσσωνι τὴν οἰσὺν ἔχων
Μετ' ἐμοῦ διῆγες, οἶναρον ἕλκων τῆς τρυγός.

1. vulgo *οἱ συνέχων* manifesto corruptum, pro quo *τὴν ἴσην ἔχων* Lobeck ad Phryn. p. 73. qui recte verbum *ἔχων* separavit, de cetera emendationis parte valde dubito, sed in voce *οἰσὺν* aliam latere credo difficulter quidem eruendam.

VIII. Pollux IX, 8 s. 131:

Οὗτος ἐκεῖνος αὐτὸς ἐκμεμαγμένος.

vulgatam *ἐκ. αὐτὸς οὕτως* recte emendavit Toupius ad Pollucem.

IX. Pollux X, 21 s. 76. *Κρατῖνος ὥραις ἔφη·*
Μῶν βδελυγμίας ἔχει;
Πτερὸν ταχέως τις καὶ λεκάνην ἐνεγκάτω.

vulgo *Κρατῖνος ὥραις ἐφ' ἡμῶν* legebatur, quod T. Hemsterhuis bene emendavit, et sic Bentley epist. sec. ad Hemsterh. p. 97. 1. *μῶν βδελυγμία σ' ἔχει* Pierson ad Moerin p. 158. et Elmsley ad Aristoph. Acharn. 584, sed nullam vulgatae mutandae caussam video.

X. Hephaestion p. 18:

Οὐδὲ πρὸς εἶδος ἄρ' ἦν οὐδὲν προσιδόντι τεκμαρτόν.

XI. Scholiastes Platonis in Theagen p. 384. (p. 88. Ruhnk. et in Siebenkees Anecd. p. 15.):

Ἕδει σε παρέχειν ὅτι τις εὔξαιτ' ἔμβραχυ.

In Bekkero et Ruhnkenio *σε* deest. Siebenkees *ἕδει π. ὅτε τὶς εὔξαιτ' ὃς ἐ.* Harles ad Fabric. B. Gr. t. II. p. 434. not. *ἕδει π. ὅτε τις εὔξεστος ἐ.* Iacobs Addit. p. 57. *ἕδει δὲ π. ὅ γ' ἄν τις ἐ. ἐ.* Blomfield ad Aesch. Prom. 795. (in editione prima, nam in sequentibus omisit improbans ut videtur), *ἐ. π. ὅτι ἄν τις ἐ. ἐ.* Sed ipse optimam duxi emendationem, quam Elmsley in Edinburgh Review 1810, N. 33. p. 238. protulit. cf. Ruhnk. ad Timaeum p. 99.

XII. Eteoclea hominem fatuum Colono natum ἀνδροκολωνοκλῆν dixit. Συναγώγη λέξ. χρ. p. 394. Bekk.

XIII. Hyperbolum iuvenili aetate ad βῆμα (suggestum oratorum in foro) venisse ait. Scholiastes Luciani ad Timon. 30. t. I. p. 142. Reiz.

XIV. Pisiae hominis pessimi meminit. Scholiastes Aristoph Av. 767. p. 455. e quo Casaubonus Anim. in Athen. IX, 4. falsa quaedam de titulo fabulae coniecit.

XV. γαλιδεὺς, parva felis. Antiatticista s. v. p. 88. Hesychius v. γαληδέα t. I. c. 796. sine fabulae nomine, cuius locum recte emendavit Ruhnken. apud Valckenaer in Theocriti Adoniaz. p. 402. A. (cf. Schneider Append. ad Lex. Gr. p. 56 a.) quod confirmat MS. Venetus p. 188. Schow. qui γαλιδέως habet.

XVI. κήτιον: ἐμετήριον. Hesychius t. II. c. 252. deest in lexicis.

XVII. μυσικαρφί: μεμυκότως, μὴ φανερῶς. Photius t. I. p. 281, 23. Hesychius v. ead. t. II. c. 252. voces μυσικαρφί et μεμυκότως lexicis addendae sunt.

XVIII. ξυστὶς, vestis tragica. Photius t. I. p. 312, 13. Harpocration p. 127. cf. Pollux IV, 18 s. 116. Ruhnken. ad Timaeum p. 188.

XIX. προσκεφάλαιον pro ὑπηρεσίῳ nautico. Pollux X, 6 s. 40. cf. Dobree ad Aristoph. Eq. 29.

XX. ῥυτὰ, poculorum genus. Harpocration p. 160. Dicitur τὸ ῥυτὸν, τὸ ῥύτιον, Martial. II, 35, 2. et ὁ ῥυτὸς, Diodor. Sic. XX, 63. erat poculum simile cornibus. cf. Athenaeus XI. p. 496 s. Pollux VI, 16 s. 96. 97. Photius t. II. p. 493. Bekkeri Anecd. p. 299. et Millin Monuments antiq. expliq. t. I. p. 170 ss. 230 s. apud quem t. II. p. 102. tale rhyton delineatum est.

XXI. Φελλεὺς. locus Attices. Harpocration p. 184. cf. ad κλεοβουλιν. fr. II.

XXII. ψήφισμα ἔθηκεν. Antiatticista p. 116.

XXIII. ψυχρὸς ἄνθρωπος. Antiatticista p. 116. cf. Photius t. II. p. 656, 23. huc respiciens: ψυχρὸς ἄνθρωπος, ἀντὶ τοῦ δυσκίνητος.

XXIV. ὡραΐζεσθαι. se ornare. Antiatticista p. 116. eadem voce utitur Eupolis apud Phrynichum Προπ. σοφ. p. 43. sic quoque καθωραΐζεσθαι. Photius t. I. p. 151, 9. cf. Pierson ad Moerin p. 76 s. Spohn Lect. Theocr. Spec. III. p. 10.

CAPUT SECUNDUM.

FRAGMENTA SINE FABULARUM NOMINE LAUDATA.

I.

Photius v. *μισητὴ* t. I. p. 272, 5. Suid. v. ead. t. II. p. 565:

Μισηταὶ δὲ γυναῖκες ὀλίσβοισιν χρήσονται.

Suidas Aldinus et Photii MS. *ὀλισβῶσι*, Küster *ὀλίσβῳ*, sed recte Porsonus ex emendatione Bentleii in epistola ad Küsterum (Comment. Aristoph. VII, 1. p. 606. Dind.) H. Stephani et Valckenaerii Anim. in Ammon. 11, 18. p. 151. Huc respicit Eustathius ad Odyss. K. p. 1601, 1. (p. 386. Bas.) *μισητὴ* est mulier libidini data. Thomas Mag. p. 617. ibiq; intpp. et ad Aristoph. Plut. 990.

II.

Photius v. *προσίσχε* t. II. p. 460, 3. Suid. v. ead. t. III. p. 199:

Καὶ μὴ προσίσχε βαρβάροισι βουκόλοις.

III.

Photius v. *σκανδαλήθρα* t. II. p. 516, 1:

Σκανδάληθρ' ἱστὰς ἐπῶν.

Verba ut decipulam collocans. Vulgatam *σκανδαλίθρας τὰς ἐπῶν* recte Porsonus emendavit. Eadem verba in Aristophanis Acharn. v. 687. occurrunt. cf. Blomfield in Edinb. Rev. 42. p. 338.

IV.

Photius v. *ψύψαρα*. t. II. p. 656, 9. Suid. v. *ψύρα*. t. III. p. 708 s.:

Ψύρα τὸν Διόνυσον ἄγοντες.

Photius *ψύψαρα* corrupte. cf. ad *Νεμεσ.* fr. III. Sensus: Dionysum nihili habentes.

V.

Suidas s. v. t. I. p. 214. *Συναγώγη λέξεων χρησίμων* v. ead. p. 404. et sine poetae nomine Phrynichus *Προπ. σοφιστ.* p. 9:

Ἄνθρωπος λυπησίλογος.

Suidas falso *λυπησόλογος* habet.

VI.

Suidas s. v. t. I. p. 238 s. *Συναγ. λ. χρ.* s. v. p. 412:

Ἄξιος λαβεῖν ὁ μισθὸς.

VII.

Suidas v. *ἐξόδιοι νόμοι* t. I. p. 774:

Τοὺς ἐξοδίους ὑμῖν ἵν' αὐλῶ τοὺς νόμους.

νόμοι ἐξόδιοι tibia versus exodium vel finem fabulae canebantur. Eleganter ait Plutarchus Crasso 33. *εἰς τοιοῦτό φασιν ἐξόδιον τὴν Κράσσου στρατηγίαν ὥσπερ τραγῳδίαν τελευτῆσαι.* cf. Carpzov Paradox. Ariston. illustr. p. 129. 138 s. Aliud erat exodium apud Romanos, de quo lege Casaubon. de poesi satyr. II, 2. et intpp. Iuven. III, 175.

VIII.

Suidas v. *Κοννᾶς* t. II. p. 345. Schol. Aristoph. Eq. 531. p. 567:

Ἔσθιε καὶ σῇ γαστρὶ δίδου χάριν, ὄφρα σε λιμὸς
Ἐχθαίρῃ, Κοννᾶς δὲ φιλοστέφανός σε φιλήσῃ.

Alludit ad Hesiodum *Ἔργ.* 299 s. (277 s. Br.) qui ait: *Ἐργάζευ Πέρσῃ Διὸς γένος, ὄφρα σε λιμὸς Ἐχθαίρῃ, φιλέῃ δὲ ἐϋστέφανος Δημήτηρ.* Connas tibicen fuit temulentus. v. 2. Scholiastes *φιλ. νικήσει* contra metrum habet, et ex ipso Hesiodi loco apparet, Suidae lectionem veram esse.

IX.

Suidas v. *Πολυμνήστος* t. III. p. 146. Schol. Aristoph. Eq. 1284. p. 628:

Καὶ Πολυμνήστει' ἀείδει, μουσικὴν τε μανθάνει.

Polymnestus Colophonius, cf. Plutarchus de musica p. 1132. D. H. St. et Photius t. II. p. 441, 2. cuius carmina obscena ferebantur. cf. de his carminibus Heins. ad Ovid. Trist. II, 413. 417. 418.

X.

Suidas v. *ὦ τὰν* t. II. p. 773. Schol. Aristoph. Plut. 66. p. 14:

Ἄρα γ' ὦ τὰν ἐθελήσετε.

Suidas *ἐθελήσετον*, et *ὦ 'τὰν*, sed meliorem scripturam *ὦ τὰν* secutus sum. cf. Buttmann Gramm. Gr. ampl. t. I. p. 224. Elmsl. ad Eur. Bacch. 801. In hoc loco autem animadvertendum, illud *ὦ τὰν* etiam de pluribus dictum. sic Aristophanes Pluto 66. *ὦ τὰν ἀπαλλάχθητον ἀπ' ἐμοῦ.* Timocles *καννίοις* apud Athen. VI. p. 240 E. *σπεύδετε ὦ τὰν.* cf. Lobeck ad Soph. Aiac. 191. p. 248. Schaefer ad Soph. Oed. Colon. 1102. et Ruhnken. ad Timaeum p. 281 s.

XI.

Suidas v. *ψαμμακοσιογάργαρα* t. III. p. 699. Schol. Aristoph. Acharn. 11, p. 754:

Ἀνδρῶν ἀρίστων πᾶσα γαργαίρει πόλις.

Vulgatam *ἀρίστων ἀνδρῶν* Küsterus apud ambos correxit.

XII.

Zonaras v. *ἐπιστολὴ* t. I. c. 804:

Ἄκουε νῦν καὶ τήνδε τὴν ἐπιστολήν.

ἐπιστολὴ hic iussum significat. Hesychius t. I. c. 1390. *ἐπιστολαὶ, ἐντολαὶ, ἐπιταγαὶ. Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ.* Scil. v. 3. ubi cf. intpp. Thom. Mag. p. 333. s. Valcken. ad Eur. Hippol. 858. p. 255 A. B. Elmsl. ad Eur. Bacch. 442.

XIII.

Zonaras v. *εὐθενεῖν* t. I. c. 919:

Ἀλλὰ τάδ' ἐστ' ἀνακτέον·
Καὶ γὰρ ἡνίκ' εὐθένει.

2. vulgo *ἡνίκα εὐθενεῖ*, quae correxit Lobeck ad Herodian. in Phryn. p. 466.

XIV.

Zonaras v. ἐφ' ᾧ t. I. c. 929:

Ἐφ' ᾧ τ' ἐμαυτὴν συγκαθεύδειν τῷ πατρὶ.

XV.

Zonaras v. κάθου t. II. c. 1168.

Τὴν χεῖρα μὴ 'πιβάλλε μὴ κλάων κάθῃ.

XVI.

Zonaras v. κάθου t. II. c. 1169:

Εἰ πρῶτος ἔλθοις καὶ καθίζεσθαι λάβοις.

XVII.

Zonaras v. μόλιβον t. II. c. 1366:

Φαίνεσθαι χρυσῆν κατ' ἀγροὺς δ' αὖθις αὖ μολυβδίνην.

In voce φαίνεσθαι vitium latere ipsum metrum ostendit.

XVIII.

Phrynichus προπαρασκευὴ σοφιστικὴ s. v. p. 3. Bekker:

Ἀνελκταῖς ὀφρύσι σεμνὸν.

Supercilia ad frontem attollere gravitatis et severitatis est; dicitur quoque ἀνέλκειν, ἀνασπᾶν (Aristoph. Acharn. 1068.) ἀνατείνειν, et ἐπαίρειν (Lucian. Dial. Mort. 10.) τὰς ὀφρῦς. Contrarium est λύειν τὴν ὀφρῦν, Eurip. Hippol. 290. explicare frontem. Obiter moneo, in fragmento Calliae comici apud Diogenem Laertium II, 18. p. 91. pro vulgato Ἤδη σὺ σεμνὴ καὶ φρονεῖς οὕτω μέγα; non cum Toupio Emm. in Suid. P. III. p. 411. ἤδη σεμνύνῃ legendum esse. Nam comicorum consuetudo syllabam brevem ante μν longam fecit, rarissime vero huic regulae adversatur. cf. Hephaest. p. 14 s. ibique Gaisf. p. 217 s. Ipse coniiciam: τί δὴ σὺ σεμνὴ καὶ φρονεῖς οὕτω μέγα; similiter Euripides Iph. T. 503. (488.) τί δὴ φθονεῖς τοῦτ' ἢ φρονεῖς οὕτω μέγα; illud σὺ σεμνὴ vero in Euripide quoque occurrit Hippol. 98. πῶς οὖν σὺ σεμνὴν δαίμον' οὐ προσεννέπεις; quae loca Calliae forsan obversabantur.

XIX.

Phrynichus Προπ. σοφ. p. 7:

Ἀναπηδᾶν ἐν δήμῳ.

XX.

Phrynichus προπ. σοφ. p. 13:

Ἁπαλὸς εἴσπλους λιμένος.

De metro huius fragmenti res est incertior.

XXI.

Phrynichus προπ. σοφ. p. 29:

Τούτου δ' ἁπάσας ἀποτεμῶ τὰς μηχανάς.

XXII.

Phrynichus προπ. σοφ. p. 51:

Μηδὲν ὑπέρφευ.

Heringa Obss. p. 295. μ. γ' ὑπέρφευ. Dictum est notissimum, de quo satis est afferre locum Aeschyli Pers. 818. (825.) οὐχ ὑπέρφευ θνητὸν ὄντα δεῖ φρονεῖν. ubi cf. Blomf. Glossar. p. 172. Valcken. ad Phoen. 552. p. 207.

XXIII.

Phrynichus Eclog. Att. v. ἀσπάραγος p. 110. Lob.:

Αὐτοματὴν δὲ φέρει τιθυμάλλον, σφακὸν πρὸς αὐτὸ,
ἀσφάραγος κύτισόν τε, ἐν ἅπασιν ἀνθέρικος ἐνηβᾷ, καὶ
φλόον ἄφθορον ὥστε παρεῖναι πᾶσι τοῖς ἄγροισιν.

Metrum huius fragmenti difficulter constituendum est. Pauw πρὸς αὐτὰ γ' et φλόμος ἄφθονος coniecit, quorum posterius Lobeck laudat. Ipse vulgatam scripturam τιθύμαλον et ἀνθήρικος in veriorem mutavi. Totum vero locum eleganter constituit Hermann apud Lobeck et in Elem. doctr. metr. III, 10. p. 644. et hoc modo in tres versus distribuit:

Αὐτομάτη δὲ φέρει τιθύμαλλον καὶ σφακὸν πρὸς αὐτῷ,
Ἀσφάραγον κύτισον τε· νάπαισιν ἀνθέρικος ἐνηβᾷ,
Καὶ φλόμον ἄφθονον ὥστε παρεῖναι πᾶσι τοῖς ἄγροισιν.

E quo talis sensus existet: Sponte fert tithymallum (euphorbiam) et praeterea salviam et asparagum cum cytiso; in vallibus anthericus viret, et phlomus plurimus (verbascum), ita ut in omnibus agris adsit. Ad hunc locum respiciunt Athenaeus II. p. 62 E. et Eustathius ad Hom. Il. β. p. 399, 22., cum a Cratino ἀσφάραγος non ἀσπάραγος dictum esse monent.

XXIV.

Phrynichus Eclog. Att. s. v. p. 360. ubi lege Lobeck:

Ὁρκώτης δ ἐγώ.

XXV.

Συναγώγη λέξεων χρησίμων s. v. p. 339:

Ἀγροβόας ἀνὴρ.

Huc respicit Phrynichus προπαρ. σοφιστ. p. 17.

XXVI.

Συναγώγη λέξ. χρησ. v. ἄκουε p. 372:

Ἄκουε, σῖγα, προσέχε τὸν νοῦν, δεῦρ' ὅρα.

XXVII.

Pollux IV, 25 s. 184:

Οὐδ' ὑδατοπωτῶν, οὐδὲ κοιλοφθαλμιῶν.

vulgatam ὑδροτοπωτῶν correxerunt Porson Advv. p. 284. et Lobeck ad Phryn. p. 456.

XXVIII.

Pollux VI, 9 s. 61:

Ἀλλ' εἴσιθ' εἴσω καὶ πιοῦσα χυλὸν, ἀναπαύου κακῶν.

Hunc versum certe corruptum ita ut erat reliqui. Pierson ad Moerin ἀλλὰ vel εἴσω delere vult, sed Porson in Tracts a. misc. crit. p. 282. vulgatam defendi posse ait, nescio quomodo.

XXIX.

Pollux VII, 9 s. 28:

Ἐρίων πιναρῶν πόκος.

XXX.

Pollux VII, 11 s. 38:

Τῇ μάστιγι κνάψειν εὖ μάλα

Ἢ ξυμπατῆσαι.

vulgatam γνάψειν ob metrum mutavi, ut Dobree ad Aristoph. Plut. 166. voluit, qui ξυμπατήσειν quoque coniecit. Desumtum a vestibus, quae fulloni traditae lavantur, hic tamen aliquid iocosi subest.

XXXI.

Pollux VII, 11 s. 41:

Δώσεις ἐμοὶ κἀλὴν δίκην

Ἰπούμενος ταῖς συμφοραῖς.

Versum secundum sine poetae nomine citat Scholiastes Aeschyli Prom. 865, ubi male ἱπτούμενος legitur. Cratinum imitatus est Aristophanes Eqq. 920 s. δώσεις ἐμοὶ καλὴν δίκην ἱπούμενος ταῖς εἰσφοραῖς. Vocem ἱκνόω, ἱπόω, deprimo Wesseling ad Herodot. II, 94. et Hemsterhuis ad Aristoph. Plut. p. 278 ss. doctissime illustraverunt.

XXXII.

Priscianus XVIII. c. 1214, 11:

Ὅς τὴν πιτὺν ἔκαμπτεν,
Ἑστὼς χαμόθεν ἄκρας τῆς κόμης καθέλκων.

In v. 2. corruptela a metro indicata latet, delendum forsitan illud τῆς. χαμόθεν hic pro *humi* positum est, alias semper *ab humo* significat. cf. Lobeck ad Phryn. p. 94. not. Videtur hic aliquis loqui de Sini notissimo latrone Pityocampte, quem Theseus interfecit. cf. Plutarch. Thes. 9. Ovid. Met. VII, 440 s. intpp. ad Eurip. Hippol. 977. et Meursii Thes. 5. p. 14 ss.

XXXIII.

Scholiastes Aristophanis Av. 364. p. 433:

Σφάττε, δεῖρε, κόπτε.

Imitatus est Aristophanes Avium l. l. ἕλκε, τίλλε, παῖε, δεῖρε, κόπτε, ubi nunc δαῖρε editur.

XXXIV.

Scholiastes Aristophanis Eq. 526. p. 566:

Δωροῖ συκοπέδιλε.

Dorum sycophanten irridens, Homericum χρυσοπέδιλος comica licentia immutavit. Fuit autem initium carminis chorici, ut ex Aristophane Eq. 526. patet.

XXXV.

Scholiastes Aristophanis Pac. 740. p. 681:

Ὑπὸ δ' Ἡρακλέους πεινῶντος ἄγειν
Ταῦτα καὶ σκώπτοντος οὐ βοιωτὸν
Ἐστί;

Porson Suppl. Praef. in Eurip. Hecub. p. LVIII. ait: „neque verba neque metrum satis expedire possum, sed illud video, pro οὐ βοιωτὸν legendum συοβοιωτῶν.“

Metrum certe est anapaesticum, versum tamen secundum neque me expedire posse fateor.

XXXVI.

Scholiastes Theocriti Idyll. IV, 18:

Ὁ δὲ μετ' εὐόδμου τρέχων
Κώμυθος τὴν λοιπὴν ἔχει τῷ στεφάνῳ.

1. vulgatum εὐδήμου mutavi cum Toupio ad Scholia t. I. p. 212. Wart. cui Blomfield in Edinb. Review 1813. N. 42. p. 335. assentitur. εὐδέσμου coniecit V. D. (anne Osannus) in A. L. Z. 1825. Mart. c. 634. 2. Hic versus a Blomfieldo l. l. in Κώμυθος, ἐπέχει τὴν ἀλοιφὴν τῷ στ. emendatur, sed nihil certi hic afferri potest ad eum corrigendum, quod Toupius quoque vidit. Κώμυς est δέσμη χόρτου, ut ait Photius t. I. p. 197, 20.

XXXVII.

Scholiastes Pindari Olymp. VI, 152. t. II. p. 151. Boeckh:

Οὗτοι δ' εἰσὶν συοβοιωτοὶ, κρουπεζοφόρον γένος ἀνδρῶν. vulgo συοβοιωτικὸν, πεζοφόρον. Vratisl. D. συοβοιωτικοὶ πεζοφόρων. Gataker ὑοβοιωτικοὶ, κρουπεζοφόρων, sed certissima est emendatio Porsoni Suppl. Praef. ad Eurip. Hecub. p. LVII s. a Boeckhio recepta. cf. Huschke Anal. crit. p. 291. Ea confirmatur a Polluce VII, 22 s. 87, qui Boeotos a Cratino κρουπεζοφόρους dictos fuisse testatur; et hunc locum respiciunt quoque Hesychius t. II. c. 1315. συοβοιωτοὶ: οἱ Βοιωτοὶ σύες, et Photius t. II. p. 557, 2. συοβοιωτοὶ: σύες γὰρ ἐκαλοῦντο οἱ πάλαι Βοιωτοὶ. Notum quoque Corinnam a Pindaro βοιωτίαν ὕν dictum fuisse, cf. Aelianus V. H. XIII, 25. κρούπεζα vel κρουπέζιον est scabellum, solea tibicinum crepans, quorum arte Boeoti excelluerunt. cf. Pollux X, 83 s. 153. Photius t. I. p. 180, 21. Eustathius ad Il. Δ. p. 867, 29. et Is. Voss ad Catull. p. 290.

XXXVIII.

Scholiastes Sophoclis ad Antig. 402. p. 150 Erfurdt:

Ὅνπερ Φιλοκλέης τὸν λόγον διέφθορεν.

Philocles poeta tragicus Atheniensis, qui centum tragoe-

dias scripsit, cf. Suidas s. v.; eius quaedam fragmenta supersunt, de quibus brevi tempore dicemus.

XXXIX.

Nicaenetus Epigrammate in Dionysum apud Athenaeum II. p. 39 C. in Brunck Anal. t. I. p. 417:

Ὕδωρ δὲ πίνων χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις.

Sic Athenaeus, et Photius t. II. p. 615, 17. *τέκῃς* Zenobius Prov. VI, 22. p. 159. *καλὸν οὐ τέκοις ἔπος* Suidas. Cf. plura apud Iacobs ad h. l. Huc respicit Horatius Epist. I, 19, 1 ss. ubi cf. Bentley. Hic versus forsitan e Pytine desumtus est, id quod certe credunt Meier Att. Process p. 289. et Meineke quaest. scen. I. p. 18. nec sine verisimilitudine.

XL.

Etymologicum Magn. v. *βαβάκτης* c. 183, 42. in quo primus versus cum poetae nomine affertur, Hephaestio p. 57. qui totum fragmentum sine Cratini nomine laudat.

Χαῖρ' ὦ χρυσοκέρως, βάβακτα, κήλων,
Πὰν, Πελασγικὸν Ἄργος ἐμβατεύων.

1. *χρυσοκέρω* Etym. M. *βαβάκτης* est *ὁ κράκτης καὶ μανιώδης* secundum Schol. Plat. p. 84. Rhk. *ὑμνῳδὸς, ὀρχήστης, κραυγαστὴς, μανιώδης*, ut ait Lexicon Rhetor. p. 223. Bekk.; explicatio per *ὀρχηστὴς* vera est, ab Etymologo comprobata, eaque Pani magis convenit. Sic Pan in scolio apud Athenaeum XV. p. 694 D. *Πὰν ὀρχηστὰ*, apud Aeschylum Pers. 454. *φιλόχορος Πὰν* vocatur. cf. Casaubon. ad Sueton. August. 87. Dicitur etiam *κήλων* libidini deditus, quod ab equo admissario desumtum est. Sic enim recte Etymologicon pro *γάλλων* quod vulgo in Hephaestione legebatur, apud quem nunc MSti Florentini lectionem restituit Gaisford, et ante eum Is. Voss ad Catull. p. 162 s. (cf. D'Orville vann. crit. p. 51. Pauw ad Hephaest. p. 124. et Praef. ad Phrynich. p. XVIII s. Lob.) 2. Tragicorum more loquitur; sic Aeschylus Pers. l. l. *ἦν ὁ φιλόχορος Πὰν ἐμβατεύει*, et Euripides Telepho fr. I. *ὅς τε πέτρον Ἀρκάδων Πὰν ἐμβατεύεις.*

XLI.

Etymol. M. v. βλιμάζειν c. 200, 40. Zonaras v. ead. t. I. c. 394, in quo male Κράτης legitur:

Ὡς μαλακὸν καὶ τέρεν
Τὸ χρωτίδιον, ὦ θεοὶ·
Καὶ γὰρ ἐβλίμαζον αὐτὴν,
Ἡ δ' ἐφροντίζεν οὐδὲ ἕν.

Metrum huius fragmenti constituere difficile foret, ipse ut e cantico chori desumtum posui. 2. Κορίδιον coniecit Tittmannus. 3. βλιμάζειν manibus pertractare. Aristophanes Av. 533. ibiq; Scholia p. 443. Bekker Anecd. t. I. p, 221. Gregor. Cor. dial. Ion. s. 177. ubi cf. intpp. p. 562. et Bekker in Etym. M. c. 789.

XLII.

Etymol. M. v. διαπηνικίζω c. 269, 31:

Τοῦτον μὲν οὖν καλῶς διεπηνίκισας λόγον.

οὖν, quod vulgo deest, Meineke ad Menandr. reliq. p. 70. inseruit; Schneider Lex. Gr. s. v. τοῦτον κ. μὲν δ. τὸν λ. legit, sed contra metri rationes.

XLIII.

Etymol. M. v. κάρις c. 491, 40:

Ἔχων πρόσωπον καρίδος μασθλητίνης.

Er sieht wie eine rothe Krabbe aus. Similiter Eupolis δήμοις apud Athenaeum III. p. 106 B. ἔχοντα πρόσωπον καρίδος μασθλητίνης.

XLIV.

Etymol. M. v. κηρυβίων c. 512, 8:

Δασὺν ἔχων
Τὸν πρωκτὸν ἅτε κυρήβι' ἐσθίων.

Vulgatam κηρύβια bene Kulenkampius emendavit; eaedem voces in Demosthene de f. legat. p. 433, 21. et Athenaeo VI. p. 242 D. confunduntur.

XLV.

Hesychius v. μασχάλην t. II. c. 547. Photius v. ead. t. I. p. 249, 16. Zenobius Prov. V, 7. p. 114 s. e quo hunc versum Cratini esse apparet.

Ὡς ἄνω τὴν μασχάλην αἴρωμεν ἐμπεπωκότες.

Axillam tollere ebriorum est consuetudo, iam ab Homero Odyss. Σ, 99. memorata. cf. Pollux VI, 3 s. 26. Diogenianus Prov. VI, 33. p. 231.

XLVI.

1 Scholiastes Darmstadiensis apud Hermannum Diss. de Aeschyli Niobe p. 6. (Lips. 1823.) cf. Werfer in Actis Monacens. t. II. fasc. 4. p. 515:

Πονηρούς ἀνθρώπους πηνηκίζων ἐξαπατᾷ.

In scholio vox *ἀνθρώπους* bis legebatur; ex eodem *πηνικίζων* legendum esse patere credo. Cf. supra fr. inc. XLIII. et in capite tertio vocem *ἐπηνηκίζεν* p. 94. Ipse versus autem metro laborat.

XLVII.

Athenaeus I. p. 7 F. 8 A.:

Πῶς ἄν Ἰσχομάχου γεγονὼς Μυκονίου
Φιλόδωρος ἄν εἴης;

Haec tantum verba Cratini esse Meineke ad Menandr. p. 8. vidit, quem Dindorfius recte sequitur. Vulgo enim sequentia quoque verba, *ἀγαθὸς ἄν πρὸς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἑστιασόμενος ἧκον· κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων* Cratino tribuebantur. Meinekii ratio vera quidem est, totum tamen Athenaei locum etiam confusum esse credam, cf. Dobree ad Aristoph. Pac. 379. Ipsum Cratini fragmentum Meineke l. l. sic emendat: *καὶ πῶς ἄν Ἰ. σὺ γ. Μ. Φ. ἄν εἴης;* Ischomachus autem Myconius dictus est a poeta, cf. Eustath. ad Hom. Odyss. *P.* p. 1828, 9. (p. 642 Bas.) quia Myconii ob *γλισχρότητα* male audiebant, lege Photium t. I. p. 279, 10 et 15. Obiter adiicio ad proverbium Pythagoreorum *τὰ τῶν φίλων κοινὰ* etiam Libanium t. IV. p. 81, 3. Rsk. allusisse, ubi legendum: *κοινὰ δὲ τὰ τῶν φίλων ἡ παροιμία νομοθετεῖ.*

XLVIII.

Athenaeus I. p. 23 B.:

Ῥοθιάζε κἀνάπιπτε.

ἀναπίπτειν de remigibus a Cratino dictum fuisse Suidas t. I. p. 177. monet; sic Xenophon Oecon. VIII, 8. ab Athenaeo allatus.

XLIX.

Athenaeus I. p. 29 D. E.:

Νῦν δ' ἦν ἴδῃ Μενδαῖον ἡβῶντ' ἀρτίως
Οἰνίσκον ἕπεται κἀκολουθεῖ καὶ λέγει·
Οἴμ' ὡς ἁπαλὸς καὶ λευκὸς· ἆρ' οἴσει τρία;

1. *ἂν* recte in *ἦν* mutarunt Schweighäuser et Dindorf. *ἴδοι* e tribus MSStis in *ἴδῃ* mutandum esse iam Brunckius vidit (in Schweighäuseri Anim. t. I. p. 498.) quod probat Dindorfius. 3. *ἆρ' οἴσει τρία;* de vino dicitur, cui ter tantum aquae quam vini infundebatur. cf. Hesychius v. *ἀροῦσι τρία* t. I. c. 540. et Photius t. II. p. 599, 19. Hoc fragmentum e *πυτίνῃ* forsan petitum est, ita ut amicus Cratini haec de eo loquatur.

L.

Athenaeus II. p. 49 A:

Γαυριῶσαι δ' ἀναμένουσιν ὧδ' ἐπηγλαϊσμέναι
Μείρακες φαιδραὶ τραπέζας τρισκελεῖς σφενδάμνινας.

Ante Schweighäuserum *τραπέζαι τρισκελεῖς σφενδάμνιναι* in Athenaeo tantum legebatur, quae verba Eustathius ad Homer. Odyss. *Α.* p. 1398, 20. (p. 29 Bas.) affert; sed totum fragmentum e MSto S. Germanensi primus in lucem protulit Valckenaer Diatr. Eurip. p. 163 C. Eius emendationes omnes recepi; Schweighäuser et Dindorf eius *μείρακες* pro vulgato *μείραξ* tantum probarunt, sed in vulgata lectione ultima verba nullum omnino sensum admittunt. 2. *σφενδαμνίνους. τοῦς σκληροὺς, Ἀριστοφάνης.* Photius t. II. p. 560, 1.

LI.

Athenaeus II. p. 56 E. Eustathius ad Homer. Il. *Φ.* p. 1220, 55:

Τοῖς ῥαφανῖσι δοκεῖ, τοῖς δ' ἄλλοις οὐ λαχάνοισι.

Vulgatam *λαχάνοις* bene Meineke cur. crit. p. 12. emendavit; Dindorfius tamen dubitasse videtur.

LII.

Athenaeus II. p. 67 C. Pollux VI, 10 s. 65:

Ὁ τάλαρος ὑμῶν διαπλέως ἔσται γάρου.

Fiscella vestra garo repleta erit. Pollux *ὑμῖν* in quo

ἔσται deest. Athenaeus vulgo ἡμῶν, sed ibi recte ὑμῶν e tribus MSStis a Schweighäusero et Dindorfio repositum est.

LIII.

Athenaeus II. p. 68 A.:

Γλαῦκον οὐ πρὸς παντὸς [ἀνδρὸς] ἐστὶν ἀρτύσαι καλῶς.

Vulgo in Athenaeo *Κρατῖνος Γλαύκῳ· οὐ* legebatur et *ἀνδρὸς* deerat. Casaubonus Anim. II, 26. et Grotius Excc. p. 489. *Κρατ. γλ.· Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐστὶν ἀρτ. κ.* Valckenaer ad Herodot. VII, 153. *Κρατ. γλ.· Οὐ πρὸς γε παντὸς ἐστιν ἀρτ. κ.* Sed cum in MSStis recte *γλαῦκον* legatur, Schweighäuser *Κρατ.· Γλαῦκον Οὐ πρὸς γε π. ἐ. ἀ. κ.* coniecit. Meineke Quaest. scen. I. p. 22 s. *Γλαῦκον οὐ π. κ. ἐστιν ἀρτ. κ.* contra metrum legere vult; melius tamen Dindorfius, qui servata vulgata inter *παντὸς* et *ἐστὶν* lacunam indicavit. Ipse recipiendam credidi emendationem Porsoni Suppl. Praef. ad Eurip. Hecub. p. LIV. et Advv. p. 58.; nam *ἀνὴρ* saepe excidit, ut Porsonus ll. ll. et Dobree ad Aristoph. Vesp. 896. probarunt. *πρὸς παντὸς ἀνδρὸς*. eodem modo *πρὸς* construitur apud Aristophanem Plut. 355. Sophoclem Aiac. 582.

LIV.

Athenaeus VII. p. 305 B.:

Τρίγλη δ' εἰ μὲν ἐδηδοκοίη τένθου τινος ἀνδρὸς.

Vulgatam *ἐδηδόκοι ἤ* emendavit Porson Advv. p. 98, quod Dindorfius recepit. cf. Ruhnken ad Timaeum p. 252 s.

LV.

Athenaeus XI. p. 782, 48. t. IV. p. 217. Schweigh.:

Πιεῖν δὲ θάνατος οἶνον ἢν ὕδωρ ἐπῇ·
Ἀλλ' ἴσον ἴσῳ μάλιστ' ἀκράτου δύο χοᾶς
Πίνουσ' ἀπ' ἀγκύλης, ἐπονομάζουσ' [ἀεὶ]
Ἴησι λάταγας τῷ κορινθίῳ πέσει.

1. Citat hunc versum Eustathius ad Homer. Il. *A.* p. 344, 26. vulgo *ἄν*, recte *ἤν* (vel *ἐὰν*) Iacobs Addit. p. 248. 2. *ἴσον ἴσῳ*, i. e. *ὕδωρ οἴνῳ*, ut breviter explicat Scholiastes D'Orvillianus ad Aristoph. Plut. 1133. cf. Photius

t. II. p. 599, 26. vulgo χόσας, Dindorf χόας, sed ipse cum Piersono ad Moerin p. 253 s. χοᾶς accentuavi; cf. supra ad Pytines fr. III, 3. 8. Pierson ad Moerin l. l. πιοῦσ' legit, et τε quod vulgo deerat, inseruit, a Schweighäusero receptum; bene tamen Dindorfius vulgatam πίνουσ' reliquit, qui in fine versus lacunam indicavit. Ipse ἀεὶ a Iacobsio l. l. propositum recepi, quod facile ante ἴησι excidere potuit. 4. cf. Valkenaer Diatr. Eurip. p. 205 B.

LVI.

Athenaeus XIII. p. 566 F. ubi alii falso Καρκίνος:

Ταυτὶ καὶ τολμᾷς σὺ λέγειν ῥοδοδάκτυλος οὖσα;

Hunc versum latere optime perspexit Dobree ad Aristoph. Plut. 555, cuius sententiam omnino probo.

LVII.

Athenaeus XV. p. 676 F.:

Ναρκισσίνους ὀλίσκους.

Casaubonus Anim. XV, 6. ναρκίσσου στεφανίσκους, Schneider Lex. Gr. t. II. p. 169 a. v. ὀλίσβους legunt; omnia incerta.

LVIII.

Hephaestion p. 84:

Χαῖρ', ὦ μέγ' ἀχρειογέλως ὅμιλε, ταῖς ἐπίβδαις,
Τῆς ἡμετέρας σοφίης κρίτης ἄριστε πάντων·
Εὐδαίμον' ἔτικτέ σε μήτηρ ἰκρίων ψόφησις.

1. Vulgatam ὁμιλετὴς ἐπίβδαις cum Pauwius not. p. 142. in ὅμιλε ταῖς ἐπ. mutandum vidisset; ὅμιλε cum ταῖς ἐπίβδαις coniunxit, sed melior est interpunctio Ruhnkenii ad Timaeum p. 120. quam Hermannus Elem. doctr. metr. III, 8. p. 594. sequitur. ἐπίβδαι: αἱ μεθέορτοι ἡμέραι. Hesychius t. I. c. 1341. Photius t. I. p. 152, 21. similia Romanorum repotia. cf. Lennep Etym. L. Gr. p. 282. Schow ad Hesychium p. 284. mira de hac voce annotavit.

LIX.

Hephaestion p. 96 ss. Hoc quidem fragmentum non ut Cratini affertur, sed ut exemplum metri Cratinei; sed certe ille ex eo hoc sumsit, qui hoc metro maxime usus

erat; eademque sententia etiam Gaisfordio et ante eum iam Pauwio placuit. Sic etiam Meineke Quaest. scen. I. p. 13. et Naeke Choeril. p. 53.

Εὔϊε κισσοχαῖτ' ἄναξ χαῖρ', ἔφασκ' Ἐκφαντίδης·
Πάντα φορητά πάντα τολμητὰ τῷδε τῷ χορῷ,
Πλὴν Ξενίου νόμοισι καὶ Σχοινίωνος, ὦ Χάρων.

1. εὔϊε, cf. Suidas v. εὔϊε t. I. p. 892. et Naeke Choeril. l. l. vulgatam ἔφασκε φραντίδης Pauwius p. 130. bene emendavit. 3. *Σχοινίων* erat *νόμος τις αὐλητικὸς*. cf. Plutarchus de Musica p. 1132 D. H. St. Hesychius s. v. t. II. c. 1333 ibiq; intpp. Pollux IV, 9 s. 65, 10 s. 79. Hoc fragmentum, ut et antecedens e parabasi petitum videtur.

LX.

Dio Chrysostomus Orat. 56. init. t. II. p. 290 Rsk.:

Ποιμὴν κατέστης αἰπόλος καὶ βουκόλος.

Vulgo *καθέστη* vel *κατέστη*, emendavit Valckenaer ad Callimachi eleg. fr. p. 75.

LVI.

Scholiastes Platonis ad Apolog. Socr. p. 330. Bekk. cf. Porson Tracts a. misc. crit. p. 268 s.

Τίς δὲ σὺ κομψὸς; — — τις ἔροιτο θεατής·
Ὑπολεπτόλογος, γνωμιδιώτης, εὐριπιδαριστοφανίζων.

1. *πᾶς ἄν* inserendum coniecit Porson l. l. Anne hoc fragmentum e Pytine desumtum est, cuius cf. fr. XVIII.

LXII.

Herodianus Philetaero p. 441. Piers.:

Ἄρχων —— εἰμὶ νῦν Ἀθηναιοῖς ἐγώ.

Hic *γὰρ* vel simile quid excidisse Pierson credit.

LXIII.

Harpocration v. *Κισθήνη*. p. 103:

Κἄνθεν δ' ἐπὶ τέρματα γῆς ἥξεις καὶ Κισθήνης ὄρος ὄψει.

Cisthene mons est in Thracia, cujus Aeschylus Prom. 799. et Isocrates Panegyr. c. 41. mentionem faciunt. cf. Photius t. I. p. 167, 15. Hunc versum e Seriphiis petitum, et a Polydecta Perseo iter monstranti ad Gorgonas dictum

fuisse Meineke Praef. ad Menandr. p. XVIII. not. credit, de quo tamen valde dubitem, nam descriptio itineris versibus hexametris, non anapaestis constabat, ut e fragmentis ipsis satis apparet.

LXIV.

Eustathius ad Homeri Odyss. B. p. 1430, 24. (p. 75 Bas.):

Εὐπρόσωπος ἦσθ', ὀνομάτος οὐδὲν ἐπὶ χεῖρας φέρων.

vulgo *τὰς χ. φ.* quod Grotius Excc. p. 495. emendavit. *ἐπὶ χεῖρας φέρειν* est clarum esse.

LXV.

Eustathius ad Homeri Odyss. Δ. p. 1479, 43. (p. 145 Bas.):

Κοκκύζειν τὸν ἀλεκτρύον' οὐκ ἀνέχονται.

LXVI.

Eustathius ad Homeri Odyss. Ξ. p. 1761, 26. (p. 546 in. Bas.):

Λόγος τις ὑπῆλθ' ἀμαθὴς συβαύβαλος.

συβαύβαλος est dormitans; quod lexicis addendum.

LXVII.

Plutarchus Solone 25. t. I. p. 306 Rsk. Scholiastes Aristophanis Nub. 447. p. 230:

Πρὸς τοῦ Σόλωνος καὶ Δράκοντος, οἷσι νῦν
Φρύγουσιν ἤδη τὰς κάχρυς ταῖς κύρβεσιν.

1. *περὶ* Scholiastes. *ὧν τανῦν* coniecit Reiske Anim. p. 828. 2. *κάχρυς*, alii *κάγχρυς*, cf. intpp. ad Aristoph. Nub. 1348. *ταῖς κύρβεσιν.* sic etiam Valckenaer Diatr. Eurip. p. 221 C. multique voci *κύρβις* genus femininum asserunt. cf. intpp. ad Aristoph. Av. 1343. ad Thom. M. p. 81. Sed Porson Advv. p. 284. *τοῖς κ.* emendat, quod Schneiderus Lex. Gr. s. v. probat, idque Photius t. I. p. 189 s. et Helladius Chrestom. p. 13. Meurs. Atticis tribuunt; ipse vulgatam reliqui quae satis defendi potest.

LXVIII.

Plutarchus Pericle 13. t. I. p. 620. bell. an doctr. Athen. praest. (de glor. Athen.) c. 8. p. 351. A. H. St. (t. II. p. 1. p. 437. Wytt. t. VII. p. 383. Rsk.):

Πάλαι γὰρ αὐτὸ
Λόγοισι προάγει Περικλέης, ἔργοισι δ' οὐδὲ κινεῖ.

Loquitur de Periclis moenibus longis, quae cum Olymp. LXXXII, 1. perfecta fuerint, hunc versum ex una priorum Cratini fabularum petitum necesse est. Cf. Müller de topographia Athen. Fragmentum hoc modo constituit Porson Suppl. Praef. ad Eurip. Hecub. p. XLII. *πρόσαγει*, quod in Periclis vita legitur, iam Reiske Anim. p. 857. emendavit, non adiiciens, sic in altero quoque Plutarchi loco legi, ubi quod est *αὐτὸν* id in *αὐτὸ* Reiske recte mutavit. Grotius Excc. p. 495. aliter paulo distinxit.

LXIX.

Plutarchus Pericle 24, t. I. p. 639:

Ἥραν τε οἱ Ἀσπασίαν τίκτει, καὶ καταπυγοσύνην παλλακὴν κυνώπιδα.

Metrum mihi incertum videtur, nam non credam iambicum esse senarium. Aspasiam Iunonem dixit, quia Pericles Olympius nominabatur, ut de eo loco nostri monens testatur Scholiastes Platonis in Menexen. p. 391. (p. 139. Rhk.) cf. Ruhnken ad Vellei. Pat. II, 82. p. 344 s.

LXX.

Aelianus Var. histor. II, 13:

Καὶ γὰρ τοι τὸ τοῦ Κρατίνου τοῦτο συνέβη, εἴποτε ἄλλοτε καὶ τότε, τῷ θεάτρῳ νοσῆσαι τὰς φρένας.

Cf. Coraes *σημειωσ. εἰς Αἰλιαν.* p. 293. Grotius Excc. p. 495. senarium talem hinc exsculpsit: *Συνέβη θεάτρῳ τότε νοσῆσαι τὰς φρένας*, sed *συνέβη* Aeliani videtur verbum esse.

Praeterea tres sunt loci, in quibus Cratini fragmenta latere viris doctis visum est, sed caussae maxime sunt incertae harum emendationum.

In Athenaeo IV, p. 164 F. Cratini versum sibi detexisse visus est Valckenaer ad Theocr. Adoniaz. p. 225 A.

Μέλη παραύλα κἀκρότητα κύμβαλα.

Hanc eius opinionem Passow üb. Zweck gr. Wörterb. p. 36. et Schneider Lex. Gr. t. I. p. 54 b. probant, sed

Schweighäuser Anim. t. II. p. 573. eam improbat; et nihil quidem afferri potest ad eam confirmandam.

Scholiastes Theocriti IX, 19. ait: *Κρατὶ νεοτρόφοιο γένας χόριά τ' ἐμβρύων τε πλήθη.* Toup ad eum t. I. p. 217. Wart. coniecit: *Κρατῖνος· Ἁγνὸς εὐτρόφου κρέας χόριά τ' ἐμβρύων τε πλήθη.* aliter Iacobs Addit. p. 198. *Κρατῖνος· Εὐτρόφου τ' ἐρίου κρ. κ. τ. λ.* Emendationes illae audacissimae sunt, tamen Cratini fragmentum hic latere mihi quoque videtur.

Συναγώγη λέξ. χρησ. p. 445. Bekk. haec dicit: *ἄρκτον οὐχὶ ἄρκον: ὀδυσσεὺς ἐν ἀριστέρ' ἀεὶ τὴν ἄρκτον ἔχων λάμπουσαν ἕως ἂν εὐφέρης.* Hic Meineke ad Menandr. p. 86. emendat: *Κρατῖνος ὀδυσσεῦσιν·*

Ἐπ' ἀριστέρ' ἀεὶ τὴν ἄρκτον ἔχων λάμπουσαν ἕως ἂν ἐφεύρῃς.

Hanc emendationem elegantissimam esse fateor; hoc tantum certissime falsum est, e Cratini fabula illa hunc versum petitum esse. Nam quod Meineke dicit, verba Calypsus ad Ulyssen esse, collato Homero Odyss. *Δ.* 277., id ipsum hanc opinionem refellit; quae enim partes in hac fabula Calypsus esse potuerunt, id qua nihil nisi Cyclopis excaecatio et Ulyssis fuga descriptum erat. Si mihi hariolari concessum erit, ipse coniiciam pro *ὀδυσσεὺς* legendum esse *ὀδυσσεῖ ἐπ'*. i. e. *Ἐπίχαρμος*, cuius *Ὀδυσσεὺς αὐτόμολος* et *Ὀδυσσεὺς ναύαγος* a grammaticis afferuntur, et hic versus e *ναυάγῳ* bene petitus esse potuit. Hanc tamen emendationem ipse incertam quoque esse, attamen magis Meinekiana argumentis confirmari posse fateor; quam si quis defendere velit, verba Ulyssis ex initio fabulae esse potius dicat.

CAPUT TERTIUM.

VOCES A CRATINO USURPATAE.

In hoc capite singulas voces collegi, quae e Cratini fabulis sine earum nomine laudantur. Tales autem collectiones Lexicis Linguae Graecae perficiendis utilissimae esse possunt; et in hac quoque plura vocabula in lexicis omissa invenies, quibus signum † praeposui.

A.

ἅγιος i. e. *μιαρὸς*. *Συναγ. λέξ. χρησ.* s. v. p. 337. pro quo Schneider in Lex. Gr. I. p. 8. b. *ἅγιος* a voce *ἄγος* coniicit. Sed mihi licentia comica dictum videtur. Sic Plautus Mostell. IV, 2, 68. servus sacerrimus dixit; tragicis autem hanc vocem nunquam usurpatam credo. cf. Porson ad Eurip. Med. 750. p. 81.

ἀγυιᾶς. ara ante fores domus. Harpocrat. s. v. p. 4. quae maximam partem Apollini sacra fuit, unde *ἀγυιεὺς* dicebatur. cf. Phot. t. I. p. 230, 12. Hellad. Chrestom. p. 23 s. Meurs. Suid. t. I. p. 41. Zonar. t. I. c. 20.

Ἀδραμύττιον. urbs Asiae minoris ab aliis *Ἀδραμυττειον* dicta. Steph. Byz. s. v. p. 36 B.

Ἀδώνιον pro *Ἄδωνιν*. *Συναγ. λέξ. χρησ.* s. v. p. 346. Sic Plautus Menaech. I, 2, 35. Tres formae *Ἄδωνις*, *Ἀδώνιος*, et *Ἄδων* fuerunt.

αἰγείρου θέα. sedes ab orchestra maxime remota, ubi populus posita erat. *Συναγ. λ. χρ.* s. v. p. 419. aliter eadem p. 354. sed sic etiam Hesychius t. I. c. 137. Photius t. I. p. 81, 16. et Etym. M. c. 444, 17. res est incertior.

αἴγλη. splendor. Suidas s. v. t. I. p. 642.

αἰγυπτιάζειν. idem ac κακοτροπεύεσθαι. Eustath. ad Odyss. Δ. p. 1484, 28. (p. 151. Bas.)

αἰμυλόπλοκος. fraudes plectens. Συναγ. λ. χρ. s. v. p. 363.

αἰμυλόφρων. fraudem agitans. Συναγ. λ. χρ. s. v. p. 363.

ἄκουε. tace. Συναγ. λ. χρ. s. v. p. 369.

ἀλαζὼν. superbus. Συναγ. λ. χρ. s. v. p. 374.

† ἀμοργοὶ, πόλεως ὄλεθρον. Suidas t. I. p. 142.

ἄναλτον. ἀπλήρωτον. Suidas t. I. p. 170. Zonar. t. I. c. 188. sic Homerus Odyss. Ρ, 228. Σ, 113. 363.

ἀναπτερῶσθαι τὴν ψυχὴν. animum erigere. Suidas t. I. p. 198. cf. Phryn. Προπαρ. σοφιστ. p. 10. Συναγ. λ. χρ. p. 398. sic Aeschylus Choeph. 224. ubi cf. Blomf. Herodot. II, 115. et lege locum Aristophanis lepidissimum in Avibus v. 1425 ss.

† ἀνεξικώμη, ἧς οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο ὅλη κώμη. Hesych. t. I. c. 364.

* ἄνοργοι. non iracundi. Suidas t. I. p. 216. Συναγ. λ. χρ. p. 406.

† ἀνταναγνῶναι. vicissim comparare. Συναγ. λ. χρ. s. v. p. 410. et sine nomine poetae Phrynich. Προπαρ. σοφιστ. p. 27.

ἀπάλλαξας, πείσας ἀποστῆναι. Suidas t. I. p. 244. Zonar. t. I. p. 255. Συναγ. λ. χρ. p. 415.

ἀποκεῖσθαι πόῤῥω, offendi. Suidas t. I. p. 276. Zonar. t. I. c. 264.

† ἀποκριπάμενος, ἀποσπεισάμενος. Συναγ. λ. χρ. p. 430. hanc vocem corruptam esse quivis videt.

ἀπορεῖν. egere. Suidas t. I. p. 290. Συναγ. λ. χρ. s. v. p. 438.

† ἀῤῥενώπας. Eustath. ad Odyss. Η. p. 1571, 45. (p. 273 Bas.)

ἀφῆλιξ. qui annos florentes iuventutis iam exegit. Pollux II, 2, 17. ubi vulgo ἀμφήλιξ. sed cf. Thomas Mag. p. 42 s. ibique intpp.

B.

βαδίζον. pro βάδιζε. Suidas t. I. p. 409.

βαδισματίας. qui ambulare potest. Pollux III, 14, 92.

Βασιλεία. mulier talis nominis introducta a Cratino iam ante Aristophanem. Scholiastes Aristoph. Av. 1535. p. 499.

Βόλβος. saltator excellens. Athen. I. p. 22 D.

Βρέα. urbs Thraciae. Hesych. t. I. c. 762. cf. Strabo VII. p. 319.

βώοσον, adiuva, pro βοήθησον. Suidas t. I. p. 452. Zonar. t. I. c. 415. sic Herodotus VIII, 1. ἐπεβώθεον ubi cf. Wesseling; et βοὴ pro auxilium. cf. Blomf. Glossar. in Aeschyli Agamemn. 1360.

Γ.

γαστροχάρυβδις qui in ventrem omnia ut Charybdis ingerit. Phrynich. προπαρ. σοφ. p. 33.

γλύφω. scalpo. Pollux VII, 33, 179.

γονατίζω. genua flecto. Pollux II, 4, 188.

Δ.

δασύπους. lepus. Pollux V, 2, 68.

Δεξὼ meretricis nomen, quia dona δέχεται. Hesych. t. I. c. 916.

† διαλαός. homo impurus. Hesych. t. I. c. 952.

† δουλοπρεπέστατα. Pollux III, 8, 75.

δόχμη. palmus. Photius t. II. p. 531, 5. hanc formam alterae σπιθαμὴ praefert quoque Thomas Mag. p. 250. cf. Pierson ad Moerin p. 131.

δραπέτιδι. fugitivae. Suidas t. I. p. 627.

δυσβράκανον. difficile intellectu. Hesych. t. I. c. 1044.

δυσθαλής: δυσαυξής. Hesych. t. I. c. 1045.

E.

ἐθέλεχθρος. Pollux III, 5, 64.

† ἐλλοπίδαι, parvi serpentes. Hesych. t. I. c. 1182.

ἐναύεσθαι. Phrynich. Προπ. σοφ. p. 13.

ἐπηνήκιζεν, fraudavit. Suidas t. I. p. 800. Zonar. t. I. c. 834. cf. fragm. incerta XLIII. et XLVII.

ἐπιλησμοσύνη. Suidas t. I. p. 819. Scholiast. Aristoph. Nub. 788. p. 264. ubi Aldus ἐπιλήσμονι, unde Meursius et post eum Fabricius fabulam ἐπιλήσμων finxerunt, Suidae locum non conferentes. Ipsa vox ex Alexandro Trallensi in Lexica relata, nunc Cratini auctoritate confirmari potest. cf. Lobeck ad Phryn. p. 383.

ἐῤῥῶσθαι. Phryn. προπ. σοφ. v. ἀῤῥωστία p. 8.

εὐθανάτως. Pollux III, 21, 106. cf. Blomf. Glossar. in Aeschyli Agam. p. 289 s. Cant.

εὔζωρον. Phryn. Eclog. att. p. 145. Lob.

† εὐπήνης. Pollux VII, 12, 43.

ἐφετίνδα. ludus cum sphaera, harpastum dictus. Etym. M. c. 402, 41.

ἐφιππάσασθαι λόγοις. Phryn. προπ. σοφ. p. 39.

H.

ἡμίλουτον, semilotum. Pollux VI, 3, 161 s.

Θ.

Θεοδοτίδην σάνναν in scenam produxit. Eustath. ad Odyss. K. p. 1669, 45. (p. 413. Bas.) cf. eundem ad Il. I. p. 777, 61. et ad Odyss. Ξ. p. 1761, 20. (p. 545. fin. Bas.) etiam Photius t. II. p. 599, 21. σάνναν a Cratino pro μωρὸν dictum monet. Sanna vel Sannio erat autem homo fatuus, qui in scena vel dictis vel motibus risum excitavit; de quo cf. Nonius c. I. p. 517. Gothofr. Carpzov. Paradox. Ariston. illustr. p. 46. et intpp. Cicer. Orat. II. 61, 251.

θεόθυτα. Phryn. Προπ. σοφ. p. 42. cf. Phot. t. I. p. 83, 17.

θηλάστριαν. nutricem. Photius t. I. p. 90, 23. cf. Pierson ad Moerin p. 189 s.

θυμέλη. Phryn. προπ. σοφ. p. 42. cf. Bergler ad Alciphr. II, 3.

I.

ἰσχὰς κοπτὴ. Pollux VI, 11, 81.

ἰωνοκύσος, effeminatus. Photius t. I. p. 119, 16. nam Iones ob mollitiem male audiebant. cf. Perizon. ad Aelian. V. H. II, 33. intpp. Aristoph. Thesm. 170. Horat. C. III. 6, 21. et Hemsterh. Append. Anim. ad Lucian. p. 46 ss.

K.

καλαμώμενοι. stipulas colligentes. Pollux VII, 32, 142.

† *καῦστις*, cunnus. Hesych. t. II. c. 211. sed est lumbus, sec. Eustath. ad Odyss. *B.* p. 1486, 29. (p. 79. in. Bas.)

κεράμειον οἴνηρον. Pollux VII, 33, 161.

† *κόρσακις*, caper. Hesych. t. II. c. 321.

κύαθος. poculum. Athen. X. p. 424 B.

κύβηλις, *τυρόκνηστις.* Hesych. t. II. c. 365.

κυρηβάσασθαι. propugnare. Phot. t. I. p. 191, 13. ubi vulgo quidem *κυριβάσασθαι*, sed cf. p. 190, 10.

κωνῆσαι, picare. Hesych. t. II. c. 399. qui dicit, Aeschylum et Cratinum in *κρήσσαις* hac voce uti. Alberti inverso ordine Aeschylo *κρήσσας* tribuit, quem sequuntur Butler in eius fragmentis, cf. Schütz Vol. V. p. 72 s., et Meineke quaest. sc. I. p. 23. Cum in MS. Veneto tamen nihil tale inveniatur, forsitan Cratini *θρᾶτται* vel *θρῆσσαι* hic reponi possunt.

Λ.

Λακεδαίμων et *Σπάρτη* promiscuo sensu dixit. Phot. t. I. p. 202, 24. Eustath. ad Il. *Γ.* p. 294. nam plerumque tota tantum provincia Lacedaemon appellatur.

λαυρόσταται. qui medii in choro stant. Phot. t. I. p. 210, 10. cf. intpp. Poll. IV, 15, 106.

λεπασταὶ. pocula. Phot. t. I. p. 215, 1.

Λέρνη θεατῶν. proverbium pro *κακῶν θεάτρον*, origine incerto. Hesych. t. II. c. 452 s. Phot. t. I. p. 215, 17. Suid. t. II. p. 431.

M.

Μαρφίτην Homeri ut eius poema genuinum commemorat. Eustrat. ad Aristot. Nicom. p. 65 B. ubi de veri-

tate lectionis Κρατῖνος non dubitandum est. cf. Aristoph. Av. 907.

μάσμα quaesitio. Phot. t. I. p. 248, 14. ubi μᾶμα legit Blomfield Gloss. in Aesch. Prom. p. 123 Lips.

μελαγχρὴς. Phot. s. v. t. I. p. 255, 4. sic Eupolis ap. Scholiast. Homer. Odyss. Π, 175. ubi vulgo μελάγχροις. cf. Thom. Mag. p. 607 s. ibique intpp. et Meineke ad Menandr. p. 281.

μεσόκοπον: τὸ ἥμισυ ἡλικίας. Antiatt. p. 108. Sic Xenarchus πεντάθλῳ apud Athen. XIII, p. 569 B. Eustath. ad Il. Δ. p. 883, 34. ait, νέᾳ, παλαιᾷ, μεσοκόπῳ, πεπαιτέρᾳ.

μετεκβολὴ, mutatio. Phot. t. I. p. 262, 16.

† μηνύτην, τὴν γυναῖκα. Phot. t. I. p. 267, 19. Sensus est, Cratinum vocem μηνύτης etiam de muliere dixisse, ut recte animadvertit clariss. Schaefer in Schleusneri cur. noviss. in Phot. c. 235. et ad Schol. Apollon. Rhod. IV. p. 628 s.

μικρολογήσομαι. Pollux II, 4, 124.

μίξοφρυς. cuius supercilia coeunt. Pollux II, 4, 49.

μυαρὸν. molle. Phot. t. I. p. 272, 15.

N.

ναξιουργὴς κάνθαρος. Navium genus a Naxiis inventum. Suidas t. II. p. 596. cf. Schol. Aristoph. Pac. 142. p. 642 s. et Enschede de tutelis nav. in Ruhnk. Opusc. p. 266 s.

Ναύσων ναύκρατει. dictum proverbiale. Hesych. t. II. c. 659. nam haec Alberti recte emendavit. cf. Append. Vatic. II, 96. p. 297.

O.

οἰναγωγὸν πλοῖον. Pollux VI, 3, 23.

οἰνωμένοι vinosi. Pollux VI, 3, 21.

ὄνου πόκαι. res nihili. Phot. t. I. p. 338, 11. cuius totum locum obscurum esse fateor. cf. Diogenian. Prov. IV. 85. et VI, 99. p. 215. 238.

Π.

παναγαθη. Pollux VI, 37, 163.

πανεύφρων. Pollux VI, 37, 163.

πολύμιτος. Pollux VII, 10, 31.

πολύτεκνος. Pollux III, 2, 14.

πρίονες: ἅρμενα. Photius t. II. p. 448, 21.

πρωτήθυς. vetula quae iam ante Tethyn nata. Phrynich. *πρωτ. σοφ.* s. v. p. 59.

πυροπίπην dixit Cleonem, qui annonae praefectus erat. Schol. Arist. Eq. 405. p. 552. Eustath ad Il. *Γ.* p. 287. ubi vulgo *πυρροπίπην*, quod recte emendant Peyron in Etym. M. c. 999. et Schneider s. v.

πωγωνίας. Pollux II, 2, 10.

Ρ.

ῥύγχος facies. Phot. t. II. p. 491, 28. Suid. t. III. p. 209. proprie de suibus tantum dicitur. cf. Schol. Arist. Av. 348. Thom. Mag. p. 787. Athen. III. p. 95 D. E.

ῥύδην, vehementer. Phot. s. v. t. II. p. 492, 2. Suid. t. III. p. 209.

ῥύπος. Pollux VII, 11, 39.

ῥυτὰ, πήγανα. Phot. t. II. p. 493, 3.

Σ.

Σάγρα. αἱ τοῦ ἀλήθεια. Photius t. II. p. 496, 1 ss. Sic locus corruptus legitur; sed Cratinus proverbium *ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ* posuit, quod de re omni admiratione digna dicitur. Nam prope fluvium huius nominis in Locride Magnae Graeciae Locrenses et Crotonienses impari manu conflixerunt; Locrensium victoria inopinata vero eodem pugnae die iam Olympiae audita fuit. cf. Strab. VI. t. II. p. 237 Tzsch. Cicer. N. D. II, 2. III, 15. Iustin. XX, 3. ibique intpp.

σαύνιον. iaculum, et pudenda virilia. Hesych. t. II. c. 1159. (ubi cf. Hemsterh.) Pollux X, 31, 143. eandem vocem Photio t. II. p. 499, 16. pro *σαυνίονον* restitue.

σέρφος, formica. Scholiast. Aristoph. Vesp. 351. p. 357. cf. Photium t. II. p. 507, 1 ss.

σκίρος: ὁ ἀειδὴς ῥύπος. Etym. M. c. 718, 3.

στημονίαι, cincinni. Pollux II, 4, 28.

σφακελίζειν: φλεγμαίνειν. Suid. t. III. p. 414. Συναγ. λ. χρ. v. ead. p. 433. cf. Photium t. II. p. 559, 15. et Blomf. Gloss. in Aeschyli Prom. p. 146 s. Lips.

σφίγκτας, molles. Photius t. II. p. 560, 22.

σχιζιὰς: ὁ ἰσχνός. Photius t. II. p. 562, 15. cf. Bast ad Gregor. Cor. p. 240 s. Apud Photium t. I. p. 117, 7. legendum: ἰσχνός, σχιζιὰς (non σχοῖζος) ἰσχνοὶ γὰρ οἱ παλαιοὶ, οὕτως Ἀριστοφάνης, quem grammaticum esse non crediderim.

T.

τοκῶσα. Pollux II, 2, 7.

τροπαῖα non τροφαῖα dixit. Suid. t. III. p. 508. Schol. Thucyd. I, 30.

Υ.

ὑλίζεσθαι τὰς ῥῖνας. Pollux II, 4, 78.

ὕπουλα γόνατα. Photius t. II. p. 632, 6. Suidas t. III. p. 563. Photii MS. habet κρ/. quod Κρατεύας significare credam, qui utpote medicus genuum vitia descripserat.

Φ.

φαγᾶς (vulgo φάγας). Phryn. Ecl. Att. v. καταφαγᾶς p. 433. ubi cf. Lobeck et in Wolfii Analect. t. III. p. 55.

Φάωνα ἐν καλαῖς θριδακιναῖς abdidit Venus. Athen. II. p. 69 D.

X.

χειρονομησείοντες. Pollux II, 4, 153.

Χοῖριλον Ἐκφάντιδος illudens dixit. Hesych. s. v. t. II. c. 1562. scilicet servum. cf. Hesych. t. II. c. 1136. Choerilus et Ecphantides poetae tragici Athenienses, de quibus alias plura dicam. cf. Gaisford ad Hephaest. p. 97. et Naeke Choeril. p. 52 ss.

Ψ.

ψευδομαρτύριον. Pollux VIII, 4, 31.

Ω.

ὠνυχισζμένος, quiungues praesecat. Phryn. προπ. σοφ. v. ἀπονυχίσθαι p. 1 3.

Praeter Cratinum hunc nobilissimum poetam alter huius nominis iunior comicus laudatur, de cuius vita nihil traditum est. Comicum mediae comoediae fuisse ex fragmentis facile demonstrari potest, sic etiam Meineke Quaest. sc. I. p. 24 s. idemque cum altero Cratino aliquoties confunditur. cf. praeterea Meurs. in Bibl. Att. l. II. p. 1474. et Fabric. Bibl. Gr. II, 22. t. II. p. 435.

Quinque huius comici fabulas inveni, *Γιγάντες*, *Θηραμένης*, *Ὀμφάλη*, *Χείρων* et *Ψευδυποβολιμαῖος*.

ΓΙΓΑΝΤΕΣ.

Hanc fabulam eandem cum *Τιτᾶσιν* ab Athenaeo laudatis fuisse certus sum, quod Meineke Quaest. sc. I. p. 24 not. quoque coniicit. Litterae *Γ* et *Τ* saepe et facile confunduntur, cf. Pierson Veriaim. I, 9. p. 103. Bast Comment. Palaeograph. p. 710.

I. Athenaeus VI. p. 241 C. ubi *τιτᾶσι* falso legitur, quod tamen Dindorfius etiam servavit:

Κόρυδον τὸν χαλκοτύπον πεφύλαξο
Ἢν μὴ σοι νομιεῖς αὐτὸν μηδὲν καταλείψειν·
Μηδ' ὄψον κοινῇ μετὰ τούτου πώποτε δαίσῃ.
Τοῦ Κορύδου προλέγω σοι, ἔχει γὰρ χεῖρα κραταίαν
Χαλκῆν, ἀκάματον, πολὺ κρείττω τοῦ πυρὸς αὐτοῦ.

Corydus, qui et Eucrates dictus, Ptolemaei temporibus vixit, eiusque parasitus fuit, de quo lege Athenaeum VI. p. 240 F. — 242 D. ubi fragmentum Machonis p. 242 A. B. corruptela etiam laborat, nam vox *ποτε* quae duos versus finit, inelegantissime sic posita est, eamque in secundo Palatinus bene omittit. 1. *χαλκοτύπον* Dindorf pro *χαλκότυπον*. 2. *σοι*. vulgo *σὺ*. Porson Advv. p. 80. *εἰ μὴ σοί*, Lobeck ad Phryn. p. 458 s. *οὐ μὴ σοι*. postea *μηθὲν* in *μηδὲν* mutandum fuit, nam altera forma poetis Atticis non usitata est, atque ideo e multis comicorum locis eiicienda. cf. de simili forma *οὐθείς* Hermann üb.

Behandl. d. gr. Inschr. p. 50. 70. 144 s. Lobeck ad Phryn. p. 181 s. 8. τοῦδ' οὐπώποτε Lobeck l. l., sed vulgatam recte Dindorfium retinuisse opinor.

II. Athenaeus XV. p. 661 E. F. ubi γιγᾶσι legitur:

Ἔνθυμει δὲ τῆς γῆς ὡς γλυκὺ
Ὄζει καπνὸς τ' ἐξέρχετ' εὐωδέστερος.
Οἰκεῖ τις ὡς ἔοικεν ἐν τῷ χάσματι
Λιβανωτοπώλης ἢ μάγειρος Σικελικός. —
Παραπλησίαν ὀσμὴν λέγεις ἀμφοῖν γλυκύς.

5. vox γλυκὺς corrupta est, in qua forsitan nomen personae, quam hic alloquitur alter, latet.

III. Paamylis, dei Aegyptii Priapo similis mentionem fecit, Hesychius t. II. c. 834. (ubi est γίγασι), apud quem in verbis ὡς σφοδρῶς ἡ Αἰγυπτώδης Σόχαρις Πααμύλης quamquam corruptissimis fragmentum ipsum forsitan occultum est. De Paamyle cf. Plutarchus de Is. et Osir. c. 12. Photius t. II. p. 375, 14. et quae Iablonski Panth. Aegypt. V, 7, 2. et Opusc. t. I. p. 192 s. sed incertissima de nominis origine disseruit.

ΘΗΡΑΜΕΝΗΣ.

I. Tibias ἐλύμους dictas Cypriis in usu fuisse in hac fabula dixit. Athenaeus IV. p. 177 A., ubi ante Schweighäuserum θηραμένῃ legebatur, cuius θηραμένει Dindorfius recepit; Meineke quaest. scen. I. p. 23 not. θηρωμένῃ coniicit. Sed Theramenes quidam ab eo irrisus fuisse poterat; incertum an notus ille e triginta tyrannis, quem Philonides κοθόρνοις perstrinxit, ut ex Antiatticista p. 100. mihi certum est.

ΟΜΦΑΛΗ.

I. Athenaeus XV. p. 669 B.:

Πίνειν μένοντα τὸν καλῶς εὐδαίμονα
Κρεῖττον· μάχης δ' ἄλλοισι καὶ πόνου μέλοι.

Herculis verba apud Omphalen mollitiei dediti haec esse facile quis suspicetur. 1. Similiter Aeschylus in Danaidibus: οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα, unde μένοντα bene contra Casaubonum qui Anim. XV, 2. γελῶντα, et Grotium,

qui in Exco. p. 907. μὲν ὄντα coniecerunt, defendi potest; eamque probant Meineke ad Menandr. p. 216. et Porson Advv. p. 144 s. quocum μάχας in μάχης mutavi.

II. Pollux VII, 13 s. 58:

Ὑμεῖς δ' ἐὰν ἱππίσκον ἢ τρίμιτον ἔχητε.

Vulgatam ἔχετε bene Iungermannus emendavit, illud ἐὰν autem syllabam ultimam producere si quis dubitet, legat Dindorfii adnotationem ad Aristoph. Vesp. 228. ἱππίσκος et τρίμιτον nomina χιτωνίσκων sunt, prius lexicis deest.

III. Aspasiam τύραννον dixit. Scholiastes Platonis ad Menexen. p. 391 Bekk. cf. supra ad Cratini fr. inc. LXIX.

ΧΕΙΡΩΝ.

I. Athenaeus XI. p. 460 F.:

Πολλοστῷ δ' ἔτει
Ἐκ τῶν πολεμίων οἴκαδ' ἥκων, ξυγγενεῖς
Καὶ φρατόρας καὶ δημότας εὑρὼν μόλις,
Εἰς τὸ κυλικεῖον ἐνεγράφην· Ζεὺς ἔστι μοι
Ἑρκεῖος ἔστι φρατόριος· τὰ τέλη τελῶ.

2. Vulgo ἥκω, quod Dindorf servavit. Casaubonus Anim. XI, 2. οἴκαδ' ὡς ἧκον πάλαι, τοὺς ξ. sed optima visa ratio Iacobsii Spec. animadv. ad auct. vet. c. 18. p. 111 s. et Porsoni Advv. p. 123. 3. φρατέρας Schweighäuser et Dindorf. 4. s. vulgo ἐγράφην· Ζ. ἔτι μοι ἕρκιος ἔστι φρ. Iacobs l. l. ἐτράπην, οὕτως λέγων· Ζεὺς ἐστὶ γ' ἕρκιος ἔτι φρ. τ' ἐμοί. Schweighäuser: ἐγράφην· Ζ. ἐστὶ μοι Ἕρκειος ἔστι φρ. Porson l. l. ἐνεγράφην· ὁ Ζεὺς ἐμοὶ Ἑρκεῖος ἔστι φρ. illud ἐνεγράφην ab Eustathio ad Odyss. Δ. p. 1271. 31. confirmatur. Ex duabus Schweighäuseri et Porsoni emendationibus optimam concinnavit Elmsley in Museo crit. Cantabrig. p. III. p. 352 s. quam a Dindorfio probatam recepi. 5. vulgo ἕρκιος, sed bene ἑρκεῖος alii. cf. Erfurdt et Elmsley ad Soph. Aiac. 483. Victorius V. L. I, 7. φράτριος legere vult.

II. αὐτόφορτοι. Hesychius t. I. c. 630.

ΨΕΥΔΥΠΟΒΟΛΙΜΑΙΟΣ.

Sic haec fabula inscribenda est, non ut apud Pollucem ὑποβολιμαῖος, est enim haec eadem cum illa vulgo Cratino

veteri tributa. Sed cum in fragmento a Diogene Laertio memorato Platonis philosophi mentio facta sit, quomodo Cratinus ὁ τῆς ἀρχαίας haec scribere potuisset, cum Plato sub mortem Cratini annum octavum ageret? Verissima igitur est sententia Fabricii Bibl. Gr. t. II. p. 434. iuniori fabulam illam tribuentis, quam Meineke Quaest. scen. I. p. 23. probavit. Similis tituli fabulas Crobylus, Menander et Eudoxus docuerunt.

I. Diogenes Laertius III, 28. p. 181:

Ἄνθρωπος εἶ δηλονότι καὶ ψυχὴν ἔχεις; —
Κατὰ μὲν Πλάτων' οὐκ οἶδ' —, ὑπονοῶ δ' ἔχειν.

2. Grotius, qui hoc fragmentum in Excerpta p. 495. intulit, vulgatam *οἶδα ὑπονοῶ* hiatu deformem reliquit; ipse lacunam indicavi. Possis *οἶδα γ'*, vel *οἶδ' ἄν* coniicere.

II. *βιβλιοθήκη*. Pollux VII, 33 s. 211.

Fragmenta incerta tria inveni:

I. Athenaeus XI. p. 469 C. D.:

Παρ' Ἀρχεφῶντος ἡδυπότια δώδεκα.

Meineke Quaest. scen. I. p. 23 not. *Ἀριστοφῶντος* coniicit, qui parasitus Ptolemaei fuerat. Mox vulgata *ἡδυποτίδας* defendi potest; tamen e tribus MSStis *ἡδυπότια* cum Schweighäusero et Dindorfio probavi.

II. Clemens Alexandr. Strom. V. p. 674, 3.:

Καρῖδας ἡ ξὰψ ἐκφέρει κιχθύδια.

ξὰψ est mare, alii ignem intelligebant.

III. Scholiastes Platonis in Charmid. p. 324. (p. 131 Rhk.):

Εἰς ἐγγύας τρεῖς εἰσπεσὼν ἀνῃρέθην.
Οὔτω ποτ' ἐν Δελφοῖσιν ἦν τὰ γράμματα,
Τὴν ἐγγύην ἄτην —· ἀλλ' ἐγὼ
Φιλέταιρου εἶχον ἦθος.

1. Vulgo *πεσὼν* quod cum Bekkero mutavi. Iacobs Addit. p. 72. *ἐμπεσὼν* coniecit. 2. *οὔπω τότ'* e coniectura Bekkerus edidit. 3. Lacunam hic indicavi, quam per *λέγοντ' ἦν·* explere voluerunt Buttmannus et Bekkerus. 4. *ἔθος* cum Iacobsio Addit. p. 282. et Bekkero in *ἦθος* mutavi. Sensus totius fragmenti satis apparet.

ADDENDA.

p. 1. Irenen filium Cratini pictoris fuisse e Plinio XXXV, 11 s. 40. bene docuit Sillig Catalog. artif. p. 161 s. 234.

p. 4. In Athenaeo loco I. p. 22. A. nomen Cratini delendum censet Welcker Nachtr. z. Aeschyl. Trilog. p. 281 s. not.

p. 8. Ἡ μὲν δὴ etc. sic Dindorfius in novissima Athenaei editione, qui plurimis in locis eadem mecum sententia fuit. Ipse tamen eos tantum locos hic adnotabo, ubi vel vulgatam scripturam in textu retinuit, vel aliam recepit. Prius bis fecit, in locis e l. III. p. 111. E. F. (p. 29.) et VI. p. 267. E. (p. 45.) Ter vero alias lectiones probavit: IX. p. 373. E. (p. 33.) Valckenaerii εὐσχημόνος praetulit, IX. p. 385. D. (p. 39.) χλιερὸν e duobus MSStis dedit, et XI. p. 494. C. (p. 51.) χόας accentuavit.

p. 31. Herodianus π. μονήρους λέξεως p. 39, 26. vocem γνέφαλλον a Cratino μαλθακοῖς dictam ait; quae forsitan cum Dindorfio ad fr. III, 2. huius fabulae referenda est. Idem p. 11, 18. dicit, Hylli cuiusdam in hac comoedia mentionem factam fuisse.

p. 50. Welckerus in Lucae libello de Cratino p. 37 s. coniecturam protulit aliam: Ἀλλ' ἐπαναστρέψαι βούλομαι εἰς τὸν λ. — κάκ' εἶπε, quam etiam explicare conatur; sed omnia et metri et sensus rationibus adversari quivis facile videbit.

p. 55. Herodianus *π. μονήρ. λέξ.* p. 38, 7. versum e *πυτίνῃ* servavit hunc:

Ἀλλ' οὐδὲ λάχανον οὐδὲν οὐδ' ὀστοῦν ἔτι
Ὁρῶ.

Sic vulgatam *οὐδὲ οὐδ' ὁ. ἐστὶ* bene Dindorfius emendavit.

p. 57. *διονυσιοκουροπυρώνην* legere videtur Meineke Quaest. scen. II. p. 56.

INDEX AUCTORUM,

E QUIBUS CRATINI FRAGMENTA DESUMTA SUNT.

Aelianus var. hist. 89.
— hist. anim. 20.
Anecdota Bekkeri t. I. 10. quater. 12. 13 bis. 15. 18. 19. 21 bis. 26. 37. 38. 44. 49. 58 bis. 59. 62. 71 ter. 72 bis. 74 bis. 79 bis. 90. 91 quater. 92 novies. 96. 98. t. III. 31. 44.
Apollonius Dyscolus 20.
Appendix Vaticana 7.
Argumenta Aristophanis 49. 55. 61.
Athenaeus I. 1. 83 bis. 84. 93. II. 15. 41. 77. 84 ter. 85. 98. III. 8. 15. 29. 39. 45. 54. IV. 15. 28. 45. 89. 102. VI. 45. 101. VII. 39. 45. 60. 85. VIII. 19. IX. 8. 12. 32. 33 ter. 39. 63. 69. X. 41. 54. 95. XI. 19. 37 bis. 51. 85. 103. 104. XII. 36. XIII. 86. XIV. 9. 29. 35. 37. 39. 69. XV. 22. 30. 34. 35. 41. 86. 102 bis. (Add. p. 105.)
Basilius MS. 21.
Clemens Alexandr. 1. 6. 21. 28. 54. 104.
Constantinus Porphyrogenneta 31.
Dio Chrysostomus 87.
Diogenes Laertius 7. 26. 46. 59. 64. 104.
Etymol. M. 16. 18. 21. 31. 40. 54. 58. 59. 81. 82 quater. 94. 98.
Eudocia 1.
Eusebius 1.
Eustathius ad Homeri Il. 15. 16. 19. 37. 43. 77. 84. 85. 94. 95. 97. Odyss. 16. 66. 83. 84. 88 ter. 92 bis. 94 bis. 95. 103.
Eustratius 95.
Galenus 3.
Harpocration 9. 21. 28. 60. 61. 71 ter. 87. 91.
Hephaestion 5. 28. 39 bis. 42. 44 bis. 56. 60. 64. 70. 86 bis.
Herodianus Philetaero 87.
— π. μονήρ. λέξ. 66. 105 bis. 106.
Hesychius t. I. 2. 7. 11. 12. 19. 21. 25. 26 bis. 27. 29. 49 bis. 57 bis. 58. 71. 92. 93 sexies. 103. II. 8. 9. 36. 69. 71. 82. 95 quater. 96. 97. 98. 102.
Ioannes Alexandr. 23.
Lucianus 1. 49.
Macrobius 17.
Maximus 49.
Nicaenetus Athenaei 81.
Phrynichus eclog. att. 39. 77. 78. 94. 98.
— appar. sophist. 76 bis. 77 ter. 93 bis. 94 quater. 97. 98.
Photius t. I. 1. 7. 11. 18. 24. 26. 31. 36. 38. 49. 66. 67. 69. 71 bis. 73. 82. 94 bis. 95 sexies. 96 sexies. II. 7. 11. 12. 18. 28 bis. 37. 42. 43. 47. 57. 58. 62. 68 bis. 73 bis. 74. 93. 97 quinquies. 98 ter.

Platonius 1. 2. 3. 88 bis.
Plocius 60.
Plutarchus 5. 24. 34. 49. 55. 64. 88 ter. 89.
Pollux II. 24. 46. 92. 93. 96 bis. 97. 98 quater. III. 26. 93 ter. 94. 97. IV. 78. V. 93. VI. 15 bis. 27. 30. 31. 37. 39. 41. 51. 52. 76. 78. 84. 94. 95. 96 bis. 97 bis. VII. 16 bis. 17. 28. 29. 55. 60. 63. 67. 78 ter. 80. 93. 94. 95 bis. 97 bis. 103. 104. VIII. 98. IX. 19. 25. 70. X. 8. 11. 16 ter. 23. 25. 26. 27. 29. 33. 34. 42. 44. 52. 54 b. 55. 58. 61. 62. 63. 70. 71. 97.
Porphyrius 51.
Priscianus 25. 39. 46. 52. 79.
Ptolemaeus Hephaestio 22.
Scholiastes Aristoph. Av. 12. 27. 35 bis. 48 bis. 65. 71. 79. 93. Vesp. 3. 13. 26. 43. 58. 65. 68. 97. Eq. 1. 22. 36. 50. 52. 54. 74 bis. 79. 97. Nub. 43. 45. 52. 58. 66. 88. 94. Pac. 35. 48. 50. 52 bis. 54. 79. Acharn. 75. Plut. 42. 75. Lysistr. 17. 45.
Scholiastes Darmstadiensis 83.
— Euripidis 25.
— Homeri Il. 43. 51. Odyss. 51.
— Luciani 8. 71.
— Pindari 80.
— Platonis 6. 10. 20. 48 ter. 55 bis. 62. 66. 70. 87. 89. 103. 104.
— Sophoclis 52. 66. 80.
— Theocriti 34. 80. 90.
— Thucydidis 66. 98.
Stephanus Byzant. 7. 33. 57. 91.
Stobaeus 22. 44.
Suidas I. 6. 10 ter. 13. 14. 15 ter. 18 bis. 22. 35. 36. 40. 46. 47. 48. 52 bis. 53 bis. 66. 74 ter. 83. 92 octies. 93 ter. 94 bis. II. 1. 18 bis. 21 bis. 24. 31. 45. 46. 50. 53. 59. 66. 68. 69. 73. 74. 75. 95. 96. III. 11. 12. 35. 36. 43. 47. 57. 58. 62. 66. 68 ter. 73. 74 bis. 75. 97 bis. 98 ter.
Tzetzes 52 bis.
Zenobius 2. 20 bis. 27. 65. 66. 67. 82.
Zonaras t. I. 13. 15. 59 bis. 75 bis. 76. 82. 92 ter. 93. 94.

INDEX AUCTORUM.

Anecdota Bekkeri 63. 102.
Antiphanes 40.
Aristophanes 2.
Athenaeus 4 bis. 105.
Callias 76.
Crates 23.
Demosthenes 61.
Eratosthenes 32.
Eupolis 27. 96.
Eustathius 56.
Hesiodus 74.
Hesychius 61.
Homerus 29. 57.
Iulianus 22.
Libanius 83.
Lucianus 43.
Lysias 68.
Macho 101.
Pherecrates 62.
Philonides 102.
Photius 20. 36. 45. 97. 98.
Plutarchus 49 s. 66.
Priscianus 62.
Scholiastes Aristophanis 8. 4 bis. 40. 43.
— Germanici 32.
— Theocriti 4.
Solon 35.
Stobaeus 3 s. 32.
Strabo 56.
Suidas 23. 46 bis.
Synesius 22.

INDEX GRAECUS *).

† ἀγερσικύβηλις 21.
ἀποκτίννυμι 10.
βαβάκτης 81.
βιβλιάγραφος 67.
† βρίκελος 58.
† βροτοῖκελος 58.
δεσμώτης 58.
Διονυσίου Μήδεια 32.
εἰς et πρὸς conf. 51.
ἐπανατρέπω 51.
ἐρικώλαξ 20.
θεοὶ et ὅσοι conf. 56.
θεῶν γλῶττα 64.
θύννος, θυννὶς 45.
† ἱππίσκος 103.
καλάσιρις 13.
κάριος Ζεὺς 84.
κρούπεζα 80.
Λύδοι 69.
† μελαίνας 45.
† μεμυκότως 71.
† μυσικαῤῥί 71.
Νέμεσις 31. 32.
ὁδὶ huc 24.
— οιν optativus 19.
οἶσθας 31.
Ὀσφύων 65.
Περσικὸς ὄρνις 69.
πηνηκίζειν 94.
πόλις 20.
πρὸς et εἰς conf. 51.
πρῶτον et πρῶτα conf. 65.
πυριῤῥαγὴς 69.
ὀυτὸς, ὀυτὸν 71.
† συβαύβαλος 88,
σχοινίων 87.
† τρισυεάτη 38.
φάρυγξ 68.
Φελλεὺς 27.
χαμόθεν humi 79.
χώρα 20.
ὦ τὰν 75.

*) Voces, quae in capite tertio ordine alphabetico positae inveniuntur, in hoc indice omisi.